2. subst.: in hac sunt insula (*i. e.* Pharo) domicilia Aegyptiorum et uicus oppidi magnitudine: 3, 112, 3; — bella cum Aegyptiis gesserant: 3, 110, 6.

Aegyptus: timore adducti, . . . sollicitato exercitu regio ne Pompeius Alexandriam Aegyptumque occuparet: 3, 104, 1. ¶ Caesar . . . coniectans eum (*i. e.* Pompeium) Aegyptum ⟨*cf. Madu., Bemerkungen über versch. Puncte . . . der Lat. Sprachlehre p. 22 sq.*⟩ iter habere . . . Alexandriam peruenit: 3, 106, 1; ¶ Pompeius . . . magnam ex Asia Cycladibusque insulis, Corcyra, . . . Aegypto classem coegerat: 3, 3, 1; frumenti uim maximam ex Thessalia, Asia, Aegypto, Creta, Cyrenis reliquisque regionibus comparauerat: 3, 5, 1.

Aemilius: ea res per fugitiuos L. Aemilii, decurionis equitum Gallorum, hostibus nuntiatur: I 23, 2.

aequaliter: collis ab summo aequaliter decliuis ad flumen Sabim . . . uergebat: II 18, 1.

aequinoctium: ne anni tempore a nauigatione excluderetur, quod aequinoctium suberat: V 23, 5; — propinqua die aequinoctii infirmis nauibus hiemi nauigationem subiciendam non existimabat: IV 36, 2.

aequitas. A. (= iustitia): cognitis suis postulatis atque aequitate condicionum perspecta eum neque . . . neque . . . repudiaturum: I 40, 3; ¶ se, ut operibus anteire studuerit, sic iustitia et aequitate uelle superare: 1, 32, 8; — fiebat aequitate decreti et humanitate Trebonii, . . . ut reperiri non possent, a quibus initium appellandi nasceretur: 3, 20, 2; exspectabat suis . . . postulatis responsa, si qua hominum aequitate res ad otium deduci posset: 1, 5, 5.

B. animi aequitas: ut animi aequitate plebem contineant, cum suas quisque opes cum potentissimis aequari uideat: VI 22, 4.

aequo. A. propr.: antecedebat testudo pedum LX aequandi loci causa: 2, 2, 4.

B. trsl.: lenibus atque utinam scriptis adiuncta foret uis, comica ut aequato uirtus polleret honore cum Graecis: *ap. Sueton. uit. Terent. 5 p. 294 Roth*; — ut animi aequitate plebem contineant, cum suas quisque opes cum potentissimis aequari uideat: VI 22, 4; — Caesar primum suo, deinde omnium ex conspectu remotis equis, ut aequato omnium ⟨*del. Scal.*; *al.*⟩ periculo spem fugae tolleret, cohortatus

suos proelium commisit: I 25, 1; (sic, ut prope summam muri aggerisque altitudinem acerui armorum adaequarent ⟨aequarent β⟩: II 32, 4.)

aequus. **I. Forma:** aequum *scriptum est in AB* VII 53, 2; se aecum *ex codicum meliorum scriptura* secum *eliciut Victorius* 3, 73, 5; *reliquis locis* aequum *in codd. uidetur esse*; ⟨equum *est in AQ* IV 16, 4; *in Q* VII 53, 2.⟩

II. Significatio. **A. propr.** **a) posit.:** cum una ex parte prope aequum aditum haberet: 3, 45, 3; ¶ constabat inter omnes, dorsum esse eius iugi prope aequum: VII 44, 3; ¶ ubi neminem in aequum locum sese demittere, sed toto undique muro circumfundi uiderunt: VII 28, 2; cum Vercingetorix nihilo magis in aequum locum descenderet: VII 53, 2; perterritum exercitum sustinere non posse, praesertim circumdatum undique equitatu, cum in loco aequo atque aperto confligeretur: 1, 71, 1; (ut, . . . alii dimissis equis eundem cursum confugerent ⟨*sic codd.*; dimissis locis aequis eodem cursu fugerent *Dt.*⟩: 3, 69, 4.) (*Cf.* **B. a)** VII 51, 1; 1, 41, 2; 3, 56, 1.)

b) superl.: regiones secutus quam potuit aequissimas pro loci natura XIIII milia passuum complexus . . . munitiones . . . perfecit: VII 74, 1.

B. trsl. a) = secundus, oportunus; α) posit.: locum se aecum ⟨*Vict., V. L. 30, 22*; secundum *O*; se eis *f*; secum *rell.*; se tutum *Voss.*⟩ ad dimicandum dedisse: 3, 73, 5; omnibus deinceps diebus Caesar exercitum in aciem aequum in locum produxit: 3, 56, 1; cum tanta multitudine hostium . . . nisi aequo loco aut oportunitate aliqua data legato dimicandum non existimabat: III 17, 7; ibi paulisper sub armis moratus facit aequo loco pugnandi potestatem: 1, 41, 2; quod si iniquitatem loci timeret, datum iri iam aequo loco ⟨iam aeq. l. *Madu., AC. II 265 sq.*; tamen aliquo loco *Oz*; tamen alio l. *1 det.*; *Db.*; tamen aliquando *Kraffert p. 58*⟩ pugnandi facultatem: 1, 71, 4; siue sollicitandi milites siue aequo loco dimicandi detur occasio: 2, 33, 5; *cf.* tempore; ¶ (officium suum praestitisse) se, qui etiam bona condicione, et loco et tempore aequo, confligere noluerit: 1, 85, 2.

β) compar.: legio decima . . ., quae pro subsidio paulo aequiore loco constiterat: VII 51, 1; hanc (uallem) uterque si . . . transire conarentur exspectabat, quo aequiore loco proelium committeret: 2, 34, 1.

γ) superl.: quam aequissimo loco potest ⟨potest loco β⟩, castra communit: V 49, 6.

b) = par (idem; anceps): aggerem . . . facere instituerunt aequa ⟨-que *af*⟩ fere altitudine ⟨*Vascos.*; latitudine *codd.*⟩ atque ille congesticius ex materia fuerat agger: 2, 15, 1; ¶ erat Romanis nec loco nec numero aequa contentio: VII 48, 4; ut, qui propinquitatem loci uideret, paratos prope aequo Marte ad dimicandum existimaret: VII 19, 3; ¶ neque fore aequa parte contentum, qui se omnia habiturum confideret: 3, 10, 7; ¶ sic est pugnatum, ut aequo proelio discederetur et neutri pellerentur: 3, 112, 7; ¶ hic locus aequo fere spatio ⟨aequum fere spatium *h*⟩ ab castris Ariouisti et Caesaris aberat: I 43, 1.

c) = iustus; α) posit.: militibus aequa facta aestimatione pecuniam pro his rebus dissoluit: 1, 87, 1; ¶ si eius rei sit potestas facta, fore, ut aequis condicionibus ab armis discedatur: 1, 26, 4; ¶ interea aequum esse ab iis communis salutis causa impetrari, ut castra munire instituerent: VII 29, 7; si se inuito Germanos in Galliam transire non aequum existimaret: IV 16, 4.

β) compar.: qui se ad eorum amicitiam adgregauerant, meliore condicione atque aequiore imperio se uti uidebant: VI 12, 6.

d) aequus animus (= tranquillus); α) pos.: quoniam obsidione liberatum Ciceronem sciebat, aequo animo remittendum de celeritate existimabat: V 49, 6; aequo modo animo sua ipsi frumenta corrumpant aedificiaque incendant: VII 64, 3; hanc iacturam honoris sui rei publicae causa aequo animo (se) tulisse: 1, 9, 3; aequo animo singulas binis nauibus obiciebant: 1, 58, 4; aequo animo mancipia atque impedimenta in Italia relinquerent: 3, 6, 1; quodcumque imperauisset, se aequo animo esse facturos: 3, 6, 2; milites adhortatus, ut aequo animo laborem ferrent: 3, 41, 5; (Afranius) sic paratus, ut uidebatur, ut, quicumque accidisset casus, hunc quieto et aequo animo ferret: 1, 75, 1; quas difficultates patienter atque aequo animo ferebant: 3, 15, 5.

β) compar.: (detrimentum) hoc aequiore animo ferundum docet, quod: V 52, 6.

aequus atque: 2, 15, 1 *u.* **B. b).**

aeque: duae trabes in solo aeque longae ⟨*a*; longe *plur.*⟩ distantes inter se pedes IIII conlocantur: 2, 10, 2; Caesar . . . infirmis auxiliis proficisci non dubitauerat aeque ⟨*Np.*; atque *codd.*⟩ omnem sibi locum tutum fore existimans ⟨-mabat *Ol*⟩: 3, 106, 3.

(**Dubium:** municipia etiam diuersis ⟨aduersis *Np.*⟩ partibus coniuncta; aeque ⟨*coni. Np.*;

Madu., AC. II 270; al.; neque *codd.*; *Dt.*: plerique *H. Schneider, p. 49 sqq.*; *Köchly*⟩ enim ex ⟨namque ex *Terpstra p. 54; E. Hoffm.*⟩ Marsis Paelignisque ueniebant: 2, 29, 4.)

[**Falso**: hortatur Curionem Cn. Domitius, praefectus equitum ⟨*pars recc.*; PR. eque (*uel* aeque) *z*; PR. eq. *N*⟩, cum paucis equitibus circumsistens, ut: 2, 42, 3; (Iuba) . . . quae fieri uellet Vticae constituit atque imperauit diebusque ⟨*cod. Vrsini*; *2 al.*; diebus eque (*uel* aeque) *rell.*⟩ post paucis se in regnum cum omnibus copiis recepit: 2, 44, 3; milites disponit . . . perpetuis uigiliis stationibusque, ut contingant inter se atque ⟨aeque *fhl*⟩ omnem munitionem expleant: 1, 21, 3.]

aeraria: multis locis apud eos aerariae secturaeque ⟨secturae (*om.* que) *Oud.*; *Plugg. p. 3*; *Kraffert, Btr. p. 21*; secturaeque *defend. E. Hoffm.*⟩ sunt: III 21, 3.

aerarium: tantus repente terror inuasit, ut, cum Lentulus consul ad aperiendum aerarium uenisset ad pecuniam Pompeio ex senatus consulto proferendam, protinus aperto sanctiore aerario ex urbe profugeret: 1, 14, 1; — ad senatum refertur, . . . pecunia uti ex aerario Pompeio detur: 1, 6, 3; tabulae testamenti unae per legatos eius Romam erant allatae, ut in aerario ponerentur; hae cum propter publicas occupationes poni non potuissent, apud Pompeium sunt depositae: 3, 108, 4.

aerarius *u.* **aeraria.**

aeratus: cum classe nauium XVI, in quibus paucae erant aeratae: 2, 3, 1.

(**aereus**: utuntur [aut aere] aut nummo aureo ⟨aereo *β*; *Schn.*⟩ aut taleis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo ⟨pro nummo *om.* *β*⟩: V 12, 4.)

aes: importo V 12, 5 *u. infra*; ¶ Pompeius . . . aeris magno pondere ad militarem usum in naues imposito . . . Pelusium peruenit: 3, 103, 1; (quem Caesar, ut erat de se meritus et de re publica, donatum milibus CC conlaudatumque ⟨*Dt.*; atque *codd.*; aeris *1 det.*; *edd. uett.*⟩ ab octauis ordinibus ad primipilum se traducere pronuntiauit: 3, 53, 5;) ¶ quae grauissime adflictae erant naues, earum materia atque aere ad reliquas reficiendas utebatur: IV 31, 2; (Britanni) utuntur [aut aere] aut nummo aureo ⟨aereo *β*; *Schn.*: utuntur [aut aere] aut nummo aureo *Momms., Münzwesen p. 683*; *Ditt.*; *Hld.*: aut nummo aureo *del. rell. edd.*; aut aere aut nummo aureo aut *delend. uidetur Vielh., ÖZ. 12, 58*⟩ aut taleis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo ⟨pro nummo *om.* *β*⟩: V 12, 4; aere utuntur importato: V 12, 5.

aes alienum: aes alienum prouinciae eo biennio multiplicatum est: 3, 32, 5; ¶ Lentulus aeris alieni magnitudine et spe exercitus ac prouinciarum . . . mouetur: 1, 4, 2; ¶ plerique, cum aut aere alieno aut magnitudine tributorum aut iniuria potentiorum premuntur, sese in seruitutem dicant nobilibus: VI 13, 2; ¶ quos ex aere alieno laborare arbitrabatur, sollicitabat: 3, 22, 1.

aestas. A. obiect.: ne aestatem in Treueris consumere cogeretur: V 4, 1; ¶ Caesar, etsi prope exacta iam aestas erat, tamen . . . eo exercitum adduxit: III 28, 1; ¶ legiones . . . inita ⟨ineunte $B^2\beta$⟩ aestate in interiorem Galliam qui deduceret, Q. Pedium legatum misit: II 2, 1; quas legationes Caesar . . . inita proxima aestate ⟨initio proximae aestatis *β*⟩ ad se reuerti iussit: II 35, 2.

B. genet.: exigua parte aestatis reliqua Caesar . . . tamen in Britanniam proficisci contendit: IV 20, 1; haec eo facilius magnam partem aestatis faciebant, quod: III 12, 5; ne maiorem aestatis partem flumine impediretur: VII 35, 1; ¶ cum constituisset hiemare in continenti . . . neque multum aestatis superesset: V 22, 4.

C. ablat.: hic locus . . . habet non incommodam ⟨-da *afl*⟩ aestate stationem: 2, 23, 2; quam superiore aestate ad Veneticum bellum effecerat classem: IV 21, 4; eam partem insulae . . ., qua optimum esse egressum superiore aestate cognouerat: V 8, 3; una aestate duobus maximis bellis confectis: I 54, 2.

Adiectiua appos.: (inita ⟨ineunte⟩: II 2, 1; 35, 2 *u.* **A**;) proxima: II 35, 2 *u.* **A**; superior: IV 21, 4; V 8, 3 *u.* **C**; una: I 54, 2 *u.* **C.**

aestimatio. (*Cf.* **aestimo I.**): uiri quantas pecunias . . . acceperunt, tantas ex suis bonis aestimatione facta cum dotibus communicant: VI 19, 1; militibus aequa facta aestimatione pecuniam pro his rebus dissoluit: 1, 87, 1; constituit, ut arbitri darentur; per eos fierent aestimationes possessionum et rerum, quanti quaeque earum ante bellum fuisset, atque hae creditoribus traderentur (*pronomen* hae *ad* aestimationes *referendum esse contendit W. Johnson, Journ. of Philol. 2, 135—138*): 3, 1, 2; *cf.* 3, 20, 1; ¶ Coelius Rufus . . . si quis appellauisset de aestimatione et de solutionibus, quae per

arbitrum fierent . . ., fore auxilio pollicebatur: 3, 20, 1.

aestimo. I. **Forma**: aestimo *et* aestimatio (*per* i *litt.*) *codd. habent plerisque locis*, β, *ut uidetur, semper*; aestumo *exaratum est in* α: V 1, 9.

II. **Signific.** A. **absol.**: se illi initio ciuilis belli obtulerant, si sua opera in bello uti uellet, proinde aestimans ac si usus esset: 3, 1, 5; (qua ex parte est Hibernia, dimidio minor, ut existimatur ⟨aestimatur *dett.; Np.*⟩, quam Britannia: V 13, 2.)

B. **alqd**: arbitros inter ciuitates dat, qui litem aestiment poenamque constituant: V 1, 9; ¶ Aquitaniam, quae pars, ⟨*del. Dt.*⟩ ut ante dictum est, et regionum latitudine et multitudine hominum † ex tertia parte Galliae ⟨gallia *AB*¹*Q*⟩ est aestimanda ⟨tertia pars Galliae est existimanda *Dt.*¹; est tertia pars Galliae aestimanda (*uel* existimanda) *Hug, Rh. M. 17, 317 sqq.; uerba* quae pars . . . est aestimanda *ex margine in textum irrepsisse putat Vielh., ÖZ. 17, 230*⟩: III 20, 1; ¶ leuius tempestatis quam classis periculum aestimauerunt: 3, 26, 4; ¶ quorum salutem neque propinqui neglegere neque ciuitas leui momento aestimare posset: VII 39, 3; ¶ haec si grauia aut acerba uideantur, multo illa grauius aestimare ⟨aestimari (aestimare *Schn.*) debere β; *Schn.*⟩, liberos, coniuges in seruitutem abstrahi, ipsos interfici: VII 14, 10.

aestiuus: aestiuum tempus instantis belli, non quaestionis esse arbitratur: VI 4, 3.

aestuarium: pedestria esse itinera concisa aestuariis: III 9, 4; ¶ maiores natu, quos una cum pueris mulieribusque in aestuaria ac paludes coniectos ⟨collectos *codd.*⟩ dixeramus: II 28, 1.

aestumo *u.* **aestimo.**

aestus. A. **maris**: a) **subiect.**: (aestus accedit III 12, 1 *u. infra* incitauisset;) ¶ uno tempore et longas naues, . . . quas in aridum subduxerat, aestus compleuerat ⟨complebat β⟩ et onerarias . . . tempestas adflictabat: IV 29, 2; ¶ insulis sese occultauerunt, quas aestus efficere consuerunt ⟨consueuerunt β⟩: VI 31, 3; ¶ ut (oppida) . . . neque pedibus aditum haberent, cum ex alto se aestus incitauisset, quod bis accidit ⟨accedit α; quod is accedit *Hug, cf. s. u.* accedo *p. 70*⟩, semper horarum XII spatio, neque nauibus, quod rursus minuente aestu naues in uadis adflictarentur: III 12, 1.

summa erat uasto atque aperto mari, magnis aestibus, raris ⟨mari magno, aestibus raris *BM*⟩ ac prope nullis portibus difficultas nauigandi: III 12, 5.

accedebat, ut (naues) . . . ab aestu relictae ⟨*h*; rei relictae α⟩ nihil saxa et cautes timerent: III 13, 9.

b) **obiect.**: luna plena, qui dies maritimos aestus maximos in Oceano efficere consueuit: IV 29, 1; ¶ et uentum et aestum uno tempore nactus secundum: IV 23, 6.

c) **genet.**: tum rursus aestus commutationem secutus remis contendit, ut: V 8, 3; propter crebras commutationes aestuum minus magnos ibi fluctus fieri cognouerat: V 1, 2; ¶ carinae (nauium) aliquanto planiores (erant), quo facilius uada ac decessum aestus excipere possent: III 13, 1.

d) **ablat.**: longius delatus aestu orta ⟨delatus est. Orta β⟩ luce sub sinistra Britanniam relictam conspexit: V 8, 2.

B. **solis**: etsi magno aestu — nam ⟨aestu nati *h*¹; aestu nam *corr. ead. m.*; aestu fatigati, nam *Ol*⟩ ad meridiem res erat perducta: 3, 95, 1; ¶ ne accuratius ad frigora atque aestus uitandos aedificent: VI 22, 3; domicilia Gallorum, qui uitandi aestus causa plerumque siluarum ac fluminum petunt propinquitates: VI 30, 3; ¶ qui fontes . . . celeriter aestibus exarescebant: 3, 49, 5.

Adiect. appos.: magnus: 3, 95, 1 *u.* B.; magni: III 12, 5 *u.* A. a); maximi: IV 29, 1 *u.* A. b); maritimi *ibid.*; secundus: IV 23, 6 *u.* A. b).

aetas. A. = **uitae tempus**: a) **genet.**, α) **suspens. ex subst.**: in se etiam aetatis excusationem nihil ualere, quod superioribus bellis † probati ad obtinendos exercitus euocentur: 1, 85, 9; ¶ de sacerdotio Caesaris (contenderunt), cum Lentulus aetatis honorem ostentaret: 3, 83, 1.

β) **genet. qualit.**: et honesti ex iuuentute et cuiusque aetatis amplissimi nominatim euocati atque obsecrati naues conscenderant: 2, 5, 5; — omnis iuuentus, omnes etiam grauioris ⟨grauiores *A*⟩ aetatis, in quibus aliquid consilii aut dignitatis fuit, eo conuenerant: III 16, 2; ut omnis iuuentus . . . omnesque superioris ⟨superiores *hl*; senioris *Kindsch., Em. p. 12 sq.*⟩ aetatis cum liberis atque uxoribus . . . ad caelum manus tenderent: 2, 5, 3.

b) **ablat.**: α) **caus. et rei efficient.**: eorum corporibus, qui aetate ad bellum inutiles ⟨inut. ad b. β⟩ uidebantur, uitam tolerauerunt: VII 77, 12; constituunt, ut ii, qui ualetudine

aut aetate inutiles sunt sint ⟨β⟩ bello, oppido excedant: VII 78, 1; ¶ Catuuolcus . . . aetate iam confectus, cum laborem belli aut fugae ferre non posset: VI 31, 5; summa imperii traditur Camulogeno Aulerco, qui prope confectus aetate tamen propter singularem scientiam rei militaris ad eum est honorem euocatus: VII 57, 3; non aetate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt: VII 28, 4.

β) qualit.: Eporedorix . . . adulescens . . . et una Viridomarus, pari aetate et gratia, sed genere dispari: VII 39, 1; filium puerili aetate in publico in conspectu patris adsistere turpe ducunt: VI 18, 3.

γ) limitat.: rex erat Ptolomaeus puer aetate: 3, 103, 2; ex duabus filiabus ea, quae aetate antecedebat: 3, 108, 3.

c) c. praepos.: mulieres quique per aetatem ad pugnam inutiles uiderentur, in eum locum coniecisse, quo . . . exercitui aditus non esset: II 16, 5; iis, qui per aetatem in armis esse non poterant, in siluam Arduennam abditis: V 3, 4; omnes, qui per aetatem arma ferre possint, ad bellum cogant: VII 71, 2; ¶ amici regis, qui propter aetatem eius in procuratione erant regni: 3, 104, 1; erat in procuratione regni propter aetatem pueri nutricius eius . . . Pothinus: 3, 108, 1.

B. = tempora, memoria: haec superioris aetatis exempla expiata Saturnini atque Gracchorum casibus docet: 1, 7, 5.

Adiect. appos.: (cuiusque aetatis: 2, 5, 5 *u.* A. a) β);) grauior: III 16, 2 *ibid.*; par: VII 39, 1 *u.* A. b) β): puerilis: VI 18, 3 *ibid.*; superior: 2, 5, 3 *u.* A. a) β); 1, 7, 5 *u.* B.

aeternus: Romani . . . quid uolunt nisi . . . quos fama nobiles . . . cognouerunt, . . . his aeternam iniungere seruitutem? VII 77, 15.

Aetolia: Aetolia, Acarnania, Amphilochis per Cassium Longinum et Caluisium Sabinum . . . receptis: 3, 55, 1; ¶ Caluisius . . . praesidiis aduersariorum Calydone et Naupacto deiectis omni Aetolia potitus est: 3, 35, 1; ¶ Caluisium Sabinum cum cohortibus V paucisque equitibus in Aetoliam misit: 3, 34, 2; — cum paene cotidie a Pompeio ad Caesarem perfugerent, uulgo uero uniuersi in Epiro atque Aetolia conscripti milites: 3, 61, 2; — cum ad eum ex Thessalia Aetoliaque legati uenissent, . . . C. Caluisium Sabinum . . . in Aetoliam misit: 3, 34, 2.

Aetoli: Caluisius primo aduentu summa omnium Aetolorum receptus uoluntate: 3, 35, 1.

aff. *u.* **adf.**

Afranianus: acies erat Afraniana duplex legionum V: 1, 83, 1; — cum . . . omnes uiae ab Afranianis militibus equitibusque obsiderentur: 1, 54, 1; primo Afraniani ⟨afranii *l*⟩ milites uisendi causa laeti ex castris procurrebant contumeliosisque uocibus prosequebantur: 1, 69, 1.

B. subst. Afraniani: ut se utrique superiores discessisse existimarent: Afraniani, quod, cum esse omnium iudicio inferiores uiderentur, comminus tam diu stetissent et nostrorum impetum sustinuissent et initio locum tumulumque tenuissent, . . . et nostros primo congressu terga uertere coegissent; nostri autem: 1, 47, 2; contenditur proelio et, quod prius in tumulum Afraniani uenerant, nostri repelluntur: 1, 43, 5; Afranianos ⟨afranios *a*⟩ multis rebus sui timoris signa misisse: 1, 71, 3; — res tamen ab Afranianis ⟨afranis *al*; afraniis *O*⟩ huc erat necessario deducta ⟨ducta *a*⟩, ut, si priores montes, quos petebant, attigissent, ipsi periculum uitarent, impedimenta . . . seruare non possent: 1, 70, 2; ¶ premebantur Afraniani pabulatione, aquabantur aegre: 1, 78, 1; *cf. seqq. et § 2;* ¶ ex Afranianis interficiuntur T. Caecilius . . . et praeter eum centuriones IIII, milites amplius CC: 1, 46, 5.

Afranius: saltus Pyrenaeos . . ., qui eo tempore ab L. Afranio legato praesidiis tenebantur: 1, 37, 1; magnisque itineribus ad exercitum Afranii (Fabius) contendit: 1, 37, 3; aduentu L. Vibullii Rufi . . . Afranius et Petreius et Varro, legati Pompei, quorum unus (*i. e.* Afranius) Hispaniam citeriorem tribus legionibus . . . obtinebat, . . . officia inter se partiuntur, uti Petreius ex Lusitania per Vettones cum omnibus copiis ad Afranium proficiscatur: 1, 38, 1. 2; equites auxiliaque . . . Celtiberiae, Cantabris barbarisque omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperantur: 1, 38, 3; celeriter Petreius per Vettones ad Afranium peruenit, constituuntque communi consilio bellum ad Ilerdam . . . gerere: 1, 38, 4; erant, ut supra demonstratum est, legiones Afranii III: 1, 39, 1; (*etiam § 3 ad Afranium et Petreium uidentur referenda esse uerba:* audierant . . . uenturum; *cf. Np. p. 139 et Köchly ad 1. 38 extr.:*) quo cognito a Petreio et Afranio, . . . celeriter suo ponte Afranius . . . legiones III ⟨*a*; IIII *rell.?*: *Db.*⟩ equitatumque omnem traiecit duabusque Fabianis occurrit legionibus:

1, 40, 4; *cf.* § 5—7; Caesar . . . sub castris Afranii constitit: 1, 41, 2; potestate facta Afranius copias educit et in medio colle sub castris constituit: 1, 41, 2; Caesar ubi cognouit per ⟨*2 Oud.?; om. plur.*⟩ Afranium stare, quo minus proelio dimicaretur: 1, 41, 3; sic omne (opus) prius est perfectum, quam intellegeretur ab Afranio, castra muniri: 1, 41, 5; Afranius Petreiusque terrendi causa atque operis impediendi copias suas ad infimas montis radices producunt et proelio lacessunt: 1, 42, 2; *cf.* § 4; collem, ubi castra Petreius atque Afranius habebant: 1, 43, 1; quae in statione pro castris erant Afranii cohortes: 1, 43, 4; Afranius paene omne frumentum ante Caesaris aduentum Ilerdam conuexerat: 1, 48, 5; exercitus Afranii omnium rerum abundabat copia: 1, 49, 1; nuntiatur Afranio magnos commeatus ad flumen constitisse: 1, 51, 1; ad hos opprimendos cum omni equitatu tribusque legionibus Afranius de nocte proficiscitur imprudentesque ante missis equitibus adgreditur: 1, 51, 4; haec Afranius Petreiusque et eorum amici pleniora etiam atque uberiora Romam ad suos perscribebant: 1, 53, 1; quibus litteris nuntiisque Romam perlatis magni domum concursus ad Afranium magnaeque gratulationes fiebant: 1, 53, 3; multae longinquiores ciuitates ab Afranio desciscunt: 1, 60, 5; magnum in timorem Afranius Petreiusque perueniunt, ne omnino frumento pabuloque intercluderentur: 1, 61, 2; *cf. quae sequuntur*; cum de tertia uigilia Petreius atque Afranius castra mouissent: 1, 63, 3; quos ubi Afranius procul uisos cum Petreio conspexit, noua re perterritus locis superioribus constitit aciemque instruit: 1, 65, 1; *cf.* § 3 *et c.* 66; disputatur in consilio ab Petreio atque Afranio et tempus profectionis quaeritur: 1, 67, 1; *cf.* § 6; 69, 2—4; Afranii copias equitatus Caesaris insequens morabatur: 1, 70, 1; Afranius, cum . . . ante se hostem uideret, collem quendam nactus ibi constitit: 1, 70, 3; *cf.* § 4; quod certe inde decedendum esset Afranio nec sine aqua permanere posset: 1, 71, 4; Petreius atque Afranius oblata facultate in castra sese referunt: 1, 72, 5; *cf.* 73, 1—3; id opus inter se Petreius atque Afranius partiuntur ipsique perficiundi operis causa longius progrediuntur: 1, 73, 3; fidem ab imperatore de Petrei atque Afranii uita petunt: 1, 74, 3; Afranii etiam filius adulescens de sua ac parentis sui salute cum Caesare per Sulpicium legatum agebat; 1, 74, 6; quibus rebus nuntiatis Afranio ab instituto opere discedit seque in castra recipit sic paratus, ut uidebatur, ut quicumque accidisset casus, hunc quieto et aequo animo ferret: 1, 75, 1; (Petreius) idem ius iurandum adigit Afranium: 1, 76, 3; *cf. capp. seqq.*; datur obsidis loco Caesari filius Afranii: 1, 84, 2; audiente utroque exercitu loquitur Afranius . . .: 1, 84, 3; *cf.* § 3—5; 85, 3. 4. 6. 12; Petreius atque Afranius cum stipendium ab legionibus paene seditione facta flagitarentur ⟨*Ald.*; -retur *codd.; Hofm.*⟩, . . . Caesar ut cognosceret postulatum est ⟨postularunt *Hofm.*⟩: 1, 87, 3; postea, cum . . . (Varro) copias Petrei cum exercitu Afranii esse coniunctas . . . accepit atque haec ad eum latius atque inflatius Afranius perscribebat: 2, 17, 3; frumenti magnum numerum coegit, quod Massiliensibus, item quod Afranio Petreioque mitteret: 2, 18, 1; praedicauit . . . magnum numerum ab eo (*i. e.* Caesare) militum ad Afranium perfugisse: 2, 18, 3; postulauit etiam L. Afranium proditionis exercitus Acutius Rufus apud Pompeium: 3, 83, 2; Ciliciensis legio coniuncta cum cohortibus Hispanis, quas traductas ab Afranio ⟨aeronio *a*; AEranio *uel* Eranio *Ohl*⟩ docuimus, in dextro cornu erant conlocatae: 3, 88, 2; *cf.* **Afraniani.**

Africa: Caesar . . . prouinciam Siciliam atque A f r i c a m, sine quibus urbem atque Italiam tueri non potest, uestrae fidei c o m m i s i t: 2, 32, 2; — Africam sorte Tubero o b t i n e r e debebat: 1, 30, 2; ¶ Curionem . . ., cum Siciliam recepisset, protinus i n A f r i c a m traducere exercitum iubet: 1, 30, 2; Cotta . . . ex Sardinia in Africam profugit: 1, 30, 3; Tubero, cum in Africam uenisset, inuenit in prouincia cum imperio Attium Varum; qui ad Auximum . . . amissis cohortibus protinus ex fuga in Africam peruenerat atque eam sua sponte uacuam occupauerat dilectuque habito duas legiones effecerat hominum et locorum notitia et usu eius prouinciae nactus aditus ad ea conanda, quod paucis ante annis ex praetura eam prouinciam obtinuerat: 1, 31, 2; C. Curio in Africam profectus ex Sicilia . . . duas legiones . . . transportabat: 2, 23, 1; Quintilius Varus . . . dimissus a Caesare in Africam uenerat: 2, 28, 1; iam Caesaris in Hispania res secundae in Africam nuntiis ac litteris perferebantur: 2, 37, 2; *cf.* 2, 23—44.

Africanus: incommoda accepta . . . morte Curionis et detrimento A f r i c a n i ⟨*af*; afraniani *hl*; afranii *O*⟩ e x e r c i t u s tanto: 3, 10, 5.

Africus. 1. adiect.: Corfiniensem ignominiam, Italiae fugam, Hispaniarum deditionem, A f r i c i b e l l i praeiudicia sequimini: 2, 32, 13.

2. ui substant. (*subaud. uentus*): l e n i A f r i c o p r o u e c t u s media circiter nocte uento inter-

misso cursum non tenuit: V 8, 2; ¶ qui portus ab Africo tegebatur, ab austro non erat tutus: 3, 26, 4; — incredibili felicitate auster, qui per biduum flauerat, in Africum se uertit: 3, 26, 5.

Agedincum. Agedinci *uel* agedincum *est in plurimis codd.; erratum est ita*: VI 44, 3 acedici *BM*; VII 57, 1 agetinci *Q*; egedinci *h*; VII 59, 4 egedincum *BMh*; VII 62, 10 adgedincum *af*. *(Cf. Glück, p. 15—18.)*

(legiones) sex reliquas in Senonum finibus Agedinci in hibernis conlocauit: VI 44, 3; duabus Agedinci legionibus atque impedimentis totius exercitus relictis ad Boios proficiscitur: VII 10, 4; Labienus eo supplemento, quod nuper ex Italia uenerat, relicto Agedinci, ut esset impedimentis praesidio, ... Lutetiam proficiscitur: VII 57, 1; ¶ sed ut incolumem exercitum Agedincum reduceret cogitabat: VII 59, 4; hoc negotio confecto Labienus reuertitur Agedincum, ubi impedimenta totius exercitus relicta erant: VII 62, 10.

ager. **A.** = arua, fundi; **a)** subiect.: debent I 11, 3 *u.* **b)** uasto; ¶ possunt IV 8, 2 *u.* **a)** uacant; ¶ publice maximam putant esse laudem quam latissime a suis finibus uacare ⟨uagari *BMβ*⟩ agros ⟨*om.* β⟩: IV 3, 1; itaque una ex parte a Suebis circiter milia passuum sescenta agri uacare dicuntur: IV 3, 2; neque ullos in Gallia uacare agros, qui dari tantae praesertim multitudini sine iniuria possint: IV 8, 2; ¶ non frumentum, cuius erant plenissimi agri, deficere poterat: 2, 37, 6; *cf.* I 31, 10 (*u.* **B.** ag. Sequanus.)

b) obiect.: postea quam agros et cultum et copias Gallorum homines feri ac barbari adamassent, traductos plures: I 31, 5; ¶ uel sibi agros attribuant uel patiantur eos tenere, quos armis possederint: IV 7, 4; ¶ capio 3, 59, 2 *u. infra* tribuo; ¶ ibi permanserunt atque agros colere coeperunt: V 12, 2; ¶ quorum alter agros Volcarum Arecomicorum et Heluiorum publice iis concesserit, alter: 1, 35, 4; ¶ confero I 31, 11 *u.* **c)**; ¶ paulisper apud oppidum morati agrosque Remorum depopulati, omnibus uicis aedificiisque ... incensis ad castra Caesaris contenderunt: II 7, 3; sese depopulatis agris non facile ab oppidis uim hostium prohibere: I 11, 4; ¶ diuido I 2, 3 *u.* **B.** ager Heluetius; ¶ quibus illi agros dederunt: I 28, 5; IV 8, 2 *cf.* **a)**; ¶ quas regiones Menapii incolebant et ad utramque ripam fluminis agros, aedificia uicosque habebant: IV 4, 2; ¶ obtineo 1, 38, 1 *u.* **B.** ag. Vettonum; ¶ percurro 1, 15, 1 *u.* **B.** ag. Picenus; ¶ militibus in contione agros ex suis possessionibus pollicetur, quaterna in singulos iugera: 1, 17, 4; ¶ Heluetii ... in Haeduorum fines peruenerant eorumque agros populabantur: I 11, 1; si suas copias Haedui in fines Bellouacorum introduxerint et eorum agros populari coeperint: II 5, 3; agros Remorum popularentur ... commeatuque nostros prohiberent: II 9, 5; iturum per fines Remorum eorumque agros populaturum: V 56, 5; ¶ Suessiones suos esse finitimos; fines ⟨*B²β; cf. Hell. 19, 508 sq.: 31, 531 sq.; om. α; Np., Db., Dt.*⟩ latissimos feracissimosque agros possidere: II 4, 6; ¶ possido IV 7, 4 *u.* attribuo; ¶ Cimbri ... iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt. Romani uero: VII 77, 14; ¶ tenere IV 7, 4 *u.* attribuo; ¶ eos ... in senatum legendos curauerat agrosque in Gallia ex hostibus captos praemiaque rei pecuniariae magna tribuerat: 3, 59, 2; ¶ ita se ... meritos esse, ut paene in conspectu exercitus nostri agri uastari, liberi eorum in seruitutem abduci, oppida expugnari non debuerint: I 11, 3; itaque uastatis omnibus eorum agris, uicis aedificiisque incensis Caesar exercitum reduxit: III 29, 3; omnibus eorum agris uastatis, frumentis succisis, aedificiis incensis ... se ... receperunt: IV 38, 3; magno pecoris atque hominum numero capto atque ea praeda militibus concessa uastatisque agris in deditionem uenire ... (Neruios) coegit: VI 3, 2; relinquebatur, ut ... tantum in agris uastandis incendiisque faciendis hostibus noceretur, quantum: V 19, 3; ¶ supplicia cruciatusque Gallorum ueriti, quorum agros uexauerant: IV 15, 5.

c) genet.: ne propter bonitatem agrorum Germani ... e suis finibus in Heluetiorum fines transirent: I 28, 4; ¶ sic neque agri cultura nec ratio atque usus belli intermittitur: IV 1, 6; (Germani) agri culturae non student: VI 22, 1; ut supra demonstrauimus, minime omnes Germani agri culturae student: VI 29, 1; ne adsidua consuetudine capti studium belli gerendi agri cultura commutent: VI 22, 3; ab Suebis complures annos exagitati bello premebantur et agri cultura prohibebantur: IV 1, 2; quos spes praedandi studiumque bellandi ab agri cultura et cotidiano labore reuocabat: III 17, 4; ¶ fuit antea tempus, cum ... Galli ... propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent:

VI 24, 1; ¶ neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios: VI 22, 2; ¶ id (frumentum) erat perexiguum cum ipsius agri natura, quod sunt loca aspera ac montuosa ac plerumque frumento utuntur importato, tum quod: 3, 42, 5; ¶ tantum potentia antecesserant, ut . . . partem finitimi agri per uim occupatam possiderent: VI 12, 4; *cf.* I 31, 10 (*u.* **B.** ag. Sequanus); ¶ oppidum Auaricum, quod erat maximum munitissimumque in finibus Biturigum atque agri fertilissima regione: VII 13, 3; ¶ Allobroges . . . demonstrant sibi praeter agri solum nihil esse reliqui: I 11, 5; ¶ priuati ac separati agri apud eos nihil est: IV 1, 7; ¶ magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque hominum . . . quantum et quo loco uisum est agri attribuunt ⟨adtr. agri β⟩: VI 22, 2.

d) ablat.: exposuit, quos et quam humiles accepisset, compulsos in oppida, multatos agris, omnibus ereptis copiis, imposito stipendio, obsidibus summa cum contumelia extortis: VII 54, 4; ¶ ad extremum tamen agris expulsi et multis locis Germaniae triennium uagati ad Rhenum peruenerunt: IV 4, 2; hoc proprium uirtutis existimant expulsos agris finitimos cedere neque quemquam prope audere consistere: VI 23, 2.

e) c. praepos.: neque conferendum esse Gallicum cum Germanorum agro: I 31, 11.

cum . . . multitudinem hominum ex agris magistratus cogerent: I 4, 3; Androsthenes . . . omnem ex agris multitudinem seruorum ac liberorum in oppidum cogit: 3, 80, 3; — pecora atque homines ex agris in siluas compellebat: V 19, 1; — oppida muniunt, frumenta ex agris in oppida comportant: III 9, 8; — frumentum ex agris cotidie in castra conferebat: IV 31, 2; Vbiis imperat, ut pecora deducant suaque omnia ex agris in oppida conferant: VI 10, 2; animaduertit multa undique portari atque agi plenissimis uiis, quae repentini tumultus timore ex agris in urbem conferantur: 2, 25, 2; — paulatim ex castris discedere ac suos clam ex agris deducere coeperunt: IV 30, 2; — eos accusat, quod, cum neque emi neque ex agris sumi posset (frumentum), . . . ab iis non subleuetur: I 16, 6.

Romani . . . quid uolunt nisi . . . quos fama nobiles . . . cognouerunt, horum in agris ciuitatibusque considere: VII 77, 15; — multos in agris inopinantes deprehendit: VI 30, 1; — in agris habet dilectum egentium ac perditorum: VII 4, 3; — dum haec geruntur, nostris omnibus occupatis qui erant in agris ⟨castris *Rich. Müller, JB. 4, 16*⟩ reliqui ⟨quae erant in agr. relicta *Goel. I 138*⟩ discesserunt: IV 34, 3; — cum pars hominum in agris remaneret, pars etiam in castra uentitaret: IV 32, 1; — ex castris exisse, si quid frumenti aut pecoris in agris reperire possent: VII 20, 10; ¶ Cosam in agro Thurino 3, 22, 2 *u.* **B.**; ¶ propter frigora . . . non modo frumenta in agris matura non erant, sed ne pabuli quidem satis magna copia suppetebat: I 16, 2; iam esse in agris frumenta matura: I 40, 11; frumentum in agris et pecoris copiam nactus repleto his rebus exercitu: VII 56, 5; — ille idoneum locum in agris nactus ⟨plenis frumentorum *add. Kergel. ÖZ. 5, 455 sq.; Db.*; copia frumentorum *addendum coniec. Np.*⟩, quae prope iam matura erant ⟨idon. loc. nactus, quod in agris frumenta prope i. m. e. *Vielh., ÖZ. 16, 433*; idon. l. in agr. n., quia (quo *Dt.*) prope iam mat. er. frumenta *Bentl., Dt., al.*⟩ . . . constituit: 3, 81, 3.

Cassiuellaunus . . . cum equitatus noster liberius praedandi uastandique causa se in agros eiecerat ⟨effunderet β⟩, . . . essedarios . . . emittebat: V 19, 2; — suos remigrare in agros ⟨in agr. rem. β⟩ iusserunt: IV 27, 7; *cf.* I 5, 4 (*u.* **B.** ag. Noricus); 1, 15, 4 (*u.* **B.** ager Picenus).

dimissis per agros nuntiis sibi quemque consulere iussit: VI 31, 2; ubi quae maior atque inlustrior incidit res, clamore per agros regionesque significant: VII 3, 2; *cf.* I 10, 1 (*u.* **B.** *extr.*).

B) addito populi nomine = fines: flumine Rheno . . ., qui agrum Heluetium a Germanis diuidit: I 2, 3; — Boios, qui trans Rhenum incoluerant et in agrum Noricum transierant: I 5, 4; — Auximo Caesar progressus omnem agrum Picenum percurrit: 1, 15, 1; incidit in Vibullium Rufum missum a Pompeio in agrum Picenum confirmandorum hominum causa: 1, 15, 4; — quod Ariouistus . . . tertiam partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliae, occupauisset: I 31, 10; — Milo . . . Cosam in agro Thurino ⟨Compsam in a. Hirpino *Glând. & Dauis.; F. Hofm.*⟩ oppugnare coepit: 3, 22, 2; ¶ Heluetiis esse in animo per agrum Sequanorum et Haeduorum iter in Santonum fines facere: I 10, 1; — tertius ab Ana Vettonum agrum Lusitaniamque pari numero legionum obtinebat: 1, 38, 1; *cf.* 1, 35, 4 *u.* **A. b)** concedo; *praeterea* **A. b)** depopulor, populor, uasto, uexo.

[**Falso** 3, 72, 3 *Oafl* agri *habent pro* aeri.]

Adiectiua appos.: feracissimi: II 4, 6 *u.* **A. b)** possideo; finitimus: VI 12, 4 *u.* **A. c)** pars; Gallicus: I 31, 11 *u.* **A. e)** cum; (ipse: 3, 42, 5 *u.* **A. c)** natura;) (latissimi: II 4, 6 *u.* **A. b)** possideo;) omnes: III 29, 3; IV 38, 3 *u.* **A. b)** uasto; (optimus: I 31, 10 *u.* **B.** ag. Sequanus; plenissimi: 2, 37, 6 *u.* **A. a)**;) priuatus: IV 1, 7 *u.* **A. c)** *extr.*; separatus *ibid.*; ulli: IV 8, 2 *u.* **A. a)**. *cf.* **B.** ager Heluetius etc.

agger. (*Cf. Rüstow p.* 142—151; *Goeler II p. 262.*) **1. quicquid aggerandi causa adgeritur, materia: a) subiect.**: contegit, dat: VII 85, 6 *u.* **b)** conicio: ¶ nostrarum turrium altitudinem, quantum has cotidianus agger (cotid. agger *i. e. quod cotidie adgerebatur ad aggerem u.* 2. **B.**) *augendum*) expresserat, . . . adaequabant: VII 22, 4.

b) obiect.: milites . . . testudine facta et *om.* β aggere ad munitiones adiecto locum ceperunt: V 9, 7; ¶ aggerem apparare, uineas agere, turres duas constituere coepit: VII 17, 1; ¶ tegimenta galeis milites ex uiminibus facere atque aggerem iubet comportare: 3, 62, 1; unde agger omnino comportari posset, nihil erat reliquum, omnibus arboribus longe lateque in finibus Massiliensium excisis et conuectis: 2, 15, 1; ¶ agger ab uniuersis in munitionem (munitione β) coniectus et ascensum dat Gallis et ea, quae in terra occultauerant Romani, contegit: VII 85, 6; ¶ agger . . . flumine fertur: 1, 40, 4 *u.* **d)**: ¶ magnum numerum leuis armaturae et sagittariorum aggeremque omnem noctu in scaphas et naues actuarias imponit: 3, 62, 2; ¶ longius erat agger petendus: 1, 42, 1; qui paulo longius aggeris petendi causa processerant, arcessendi (erant): II 20, 1; ¶ pedalibus lignis coniunctis inter se porticus integebantur, atque hac agger inter manus proferebatur: 2, 2, 3; ¶ aggerem cuniculis subtrahebant: VII 22, 2.

c) ablat.: eodem naues, quas demonstrauimus aggere et leuis armaturae militibus completas . . . mittit: 3, 62, 3; fossaeque aggere complebantur: 3, 63, 6; ¶ Labienus . . . uineas agere, cratibus atque aggere paludem explere atque iter munire conabatur: VII 58, 1; proximam fossam cratibus integunt atque aggere explent: VII 79, 4; aggere et cratibus fossas explent, falcibus uallum ac loricam rescindunt: VII 86, 5; ¶ has (rates) terra atque aggere integebat, ne aditus atque incursus ad defendendum impediretur: 1, 25, 9; ¶ hae (trabes) reuinciuntur introrsus et multo aggere uestiuntur: VII 23, 2.

d) c. praepos.: quo cognito a Petreio et Afranio ex aggere atque cratibus, quae flumine ferebantur, . . . Afranius . . . legiones . . . traiecit: 1, 40, 4.

2. quicquid ex eius modi aggere (materia) fit; A) castrorum munitiones, moles, sim. (*cf. Goeler II 247. 255*): **a) subiect.**: erat eo loco fossa pedum XV et uallum (uallus *Ald.*) contra hostem in altitudinem pedum X, tantundemque eius ualli agger in latitudinem (altitud. *Oz*) patebat: 3, 63, 1; ¶ postquam neque aggeres neque fossae uim hostium sustinere poterant: VII 87, 5; 1, 25, 6 *u.* **b)**.

b) obiect.: (adaequare III 12, 3 *u. infra* **e)**;) ¶ cum agger altiore aqua contineri non posset, rates duplices . . . e regione molis conlocabat: 1, 25, 6; ¶ post eas (fossas) aggerem ac uallum XII pedum exstruxit: VII 72, 4; ¶ qua fauces erant angustissimae portus, moles atque aggerem ab utraque parte litoris iaciebat, quod his locis erat uadosum mare: 1, 25, 5.

c) dat.: (VII 72, 4 *u.* **d)**.)

d) genet.: huic (aggeri ac uallo) loricam pinnasque adiecit grandibus ceruis eminentibus ad commissuras pluteorum atque aggeris (aggeres *z*), qui ascensum hostium tardarent: VII 72, 4.

e) ablat.: extruso mari aggere ac molibus atque his (isdem *β*) oppidi moenibus adaequatis: III 12, 3.

f) c. praepos.: auxiliares . . . lapidibus telisque subministrandis et ad aggerem caespitibus comportandis speciem atque opinionem pugnantium praeberent: III 25, 1; ¶ equitatus Caesaris, quod angusto itinere per aggeres ascendebat, receptui suo timens initium fugae faciebat: 3, 69, 2.

B. opus oppugnandi causa ex terra, lapidibus, cratibus, materia factum: a) subiect.: hunc (ignem) sic distulit uentus, uti uno tempore agger, plutei, testudo, turris, tormenta flammam conciperent: 2, 14, 2; — cum is (agger) murum hostium paene contingeret et Caesar ad opus consuetudine excubaret, paulo ante tertiam uigiliam est animaduersum fumare aggerem, quem cuniculo hostes succenderant: VII 24, 2; ¶ aggerem . . . facere instituerunt aequa fere altitudine (*Vascos.*; latitudine *codd.*) atque ille congesticius ex materia fuerat agger: 2, 15, 1.

b) obiect.: C. Trebonius . . . duabus ex partibus aggerem, uineas turresque ad oppidum

agere instituit: 2, 1, 1; ¶ quibus comparatis rebus aggerem in altitudinem pedum LXXX exstruit: 2, 1, 4; diebus XXV aggerem latum ⟨longum *coni. Rüst. p. 143; Goeler I 66. 254*; *sed u. Heller 26. 685 sq.*⟩ pedes CCCXXX, altum pedes LXXX ⟨XXXX *Goel. ibid.*⟩ exstruxerunt: VII 24, 1; ubi uineis actis aggere exstructo turrim procul constitui uiderunt, primum inridere: II 30, 3; ¶ aggerem noui generis atque inauditum ex latericiis duobus muris senum pedum crassitudine atque eorum murorum contignatione ⟨*Np.*; -ionem *codd.*⟩ facere instituerunt: 2, 15, 1; ¶ celeriter uineis ad oppidum actis, aggere iacto turribusque constitutis . . . legatos . . . mittunt: II 12, 5; ¶ celeriter factum est, ut . . . alii turres reducerent aggeremque interscinderent, omnis uero ex castris multitudo ad restinguendum concurreret: VII 24, 5; ¶ agger . . . proferebatur 2, 2, 3 *Köchly et edd. huc referendum esse censent; u.* **A. b)**; ¶ restincto aggere atque omni ex parte summotis hostibus: VII 25, 4; (*cf.* interscindere;) ¶ succendere: VII 24, 2 *u.* **a)**.

c) dat.: crebris diurnis nocturnisque eruptionibus aut aggeri ignem inferebant aut milites occupatos in opere adoriebantur: VII 22, 4; crebrae etiam per Albicos eruptiones fiebant ex oppido ignesque aggeri et turribus inferebantur: 2, 2, 6; (*cf.* **f)** 2, 14, 5.)

d) genet.: ut prope summam muri aggerisque altitudinem acerui armorum adaequarent: II 32, 4.

e) ablat.: III 12, 3 *secundum Goeler I 105*; *u.* **A. e)**.

f) c. praepos.: alias eruptione temptata, alias cuniculis ad aggerem uineasque actis: III 21, 3; maiore cum fiducia ad alteram turrim aggeremque eruptione pugnauerunt multumque ignem intulerunt: 2, 14, 5; ¶ faces atque aridam materiem de muro in aggerem eminus iaciebant, picem reliquasque res, quibus ignis excitari potest, fundebant: VII 24, 4.

Adiect.: altus: VII 24, 1 *u.* **2. B. b)** exstruo; congesticius: 2, 15, 1 *u.* **2. B. a)**; cotidianus: VII 22, 4 *u.* **1. a)**; inauditus: 2, 15, 1 *u.* **2. B. b)** facere; latus ⟨longus⟩: VII 24, 1 *u.* **2. B. b)** exstruo; multus: VII 23, 2 *u.* **1. c)** *extr.*; omnis: 3, 62, 2 *u.* **1. b)** imponere.

noui generis: 2, 15, 1 *u.* **2. B. b)** facere.

aggero, aggredior, aggrego *u.* **adgero, adgredior, adgrego.**

agito: his rebus agitatis profitentur Carnutes: VII 2, 1; **(**quoniam fieret dimicandi potestas, ut saepe cogitauissent ⟨optauissent *Dauis.*, agitauissent *Grut.*⟩, ne usu manuque reliquorum opinionem fallerent: 3, 86, 5.**)**

agmen. (*De uerbis* nouissimum agmen *et* extremum agmen *u. Goeler I 71.*)

A. = exercitus iter faciens; a) subiect.: pugnatur una omnibus in partibus. consistit ⟨β; constitit *α; Fr.*⟩ agmen: VII 67, 3; — nuntiatur . . . magnum ire agmen aduerso flumine: VII 61, 3; — instabat agmen Caesaris atque uniuersum imminebat: 1, 80, 5; — uix agmen nouissimum extra munitiones processerat, cum: VI 8, 1; — ubi paulatim retorqueri agmen ad dextram conspexerunt: 1, 69, 3; — **(**subsistere *u.* sustinere; —**)** uestigio temporis primum agmen erat in conspectu: 2, 26, 2; cum iam esset agmen in portis: 3, 85, 4; — cernebatur . . . nouissimos illorum premi uehementer ac non numquam sustinere ⟨subsistere *Vascos.*; *Terpstra p. 45—47*; *Madu., AC. II 265*⟩ extremum agmen atque iter ⟨*add. Forchh. p. 80 sq.*; *Madu. ibid.*⟩ interrumpi ⟨inrumpi *Np.*⟩: 1, 64, 1; ¶ omnes Neruii confertissimo agmine duce Boduognato . . . ad eum locum contenderunt: II 23, 4; — ex castris proficiscuntur . . . longissimo agmine maximisque impedimentis: V 31, 6.

b) obiect.: Sontiates . . . in itinere agmen nostrum ⟨nostrorum *h*⟩ adorti primum equestre proelium commiserunt: III 20, 3; — ad eos equites, qui agmen antecessissent, praemitteret: IV 11, 2; equitatus hostium procul uisus est, qui agmen Vercingetorigis antecesserat ⟨-erant β⟩: VII 12, 4; — relinquebatur Caesari nihil, nisi uti equitatu agmen aduersariorum male haberet et carperet ⟨ut caperet *O*⟩: 1, 63, 2; equitatu praemisso, qui nouissimum agmen carperet ⟨caperet *Of*⟩ atque impediret: 1, 78, 5; — mane Dyrrhachium uenit, cum primum agmen Pompei procul cerneretur: 3, 41, 5; — Boii et Tulingi, qui hominum milibus circiter XV agmen hostium claudebant et nouissimis praesidio erant: I 25, 6; duae legiones, quae proxime conscriptae erant, totum agmen claudebant praesidioque impedimentis erant: II 19, 3; expeditae cohortes nouissimum agmen claudebant: 1, 79, 1; — de media nocte missus equitatus nouissimum agmen consequitur: VII 88, 7; Fabius . . . primum agmen fugientium consecutus: 2, 35, 1; statimque egressus et nouissimum agmen consecutus celeriter ex conspectu castrorum discessit: 3, 75, 2; — progressus milia passuum XXV agmen Haeduorum conspicatus immisso equitatu iter eorum moratur:

VII 40, 4; — equitatum praemisit ad nouissimum agmen demorandum: 3, 75, 3; — male habeo: 1, 63, 2 *u.* carpo: — impedio: 1, 78, 5 *u. ibid.*; — (inrumpo: 1, 64, 1 *u.* a) sustinet;) qui cupidius nouissimum agmen insecuti ... proelium committunt: I 15, 2; — (interrumpo: 1, 64, 1 *u.* a) sustinet; —) omnem equitatum, qui nouissimum agmen moraretur, praemisit: II 11, 3; — cum ab equitatu nouissimum agmen premeretur: 1, 70, 3; — (retorqueo *u.* a); —) equitatumque, quod recenti proelio perterritum esse existimabat, agmen subsequi iussit: IV 13, 6.

c) genet.: ut non prius fuga desisterent (equites), quam in conspectum agminis nostri uenissent: IV 12, 2; — his rebus cum iter agminis nostri impediretur: II 17, 5; cum propter longitudinem agminis minus facile omnia per se obire ... possent: V 33, 3; — ratio ordoque agminis aliter se habebat, ac Belgae ad Neruios detulerant: II 19, 1; — cum se maior pars agminis in magnam conuallem demisisset: V 32, 2; — ratio *u.* ordo.

d) ablat.: Heluetii ... audacius subsistere non numquam et ⟨ex *Fr.*⟩ nouissimo agmine proelio nostros lacessere coeperunt: I 15, 3.

e) c. praepos.: cum ab extremo agmine ad quos uentum erat consisterent fortiterque impetum nostrorum militum sustinerent: II 11, 4; — Heluetii ... itinere conuerso nostros a nouissimo agmine insequi ac lacessere coeperunt: I 23, 3; — duae se acies ... ostendunt, una a ⟨β; *om.* α; *Np.*⟩ primo agmine iter impedire coepit: VII 67, 1; ¶ relinquebatur, ut neque longius ab agmine legionum discedi Caesar pateretur et: V 19, 3; ¶ equites ... repente sese ad nouissimum agmen ostendunt: 1, 63, 3; — pugnatur acriter ad nouissimum agmen: 1, 80, 5; — (equites) Galli ... in fugam coniecti ... se ad agmen receperunt: VII 13, 2; tantum profecerunt, ut ... pellerent omnes ... ipsique incolumes se ad agmen reciperent: 3, 75, 5; — ii, quos ad nouissimum agmen equorum reficiendorum causa substitisse demonstratum est: 2, 42, 5; ¶ circiter tribus milibus hostium ex nouissimo agmine interfectis: VII 68, 2; ¶ de equitibus hostium, quin nemo eorum progredi modo extra agmen audeat, ne ipsos quidem debere dubitare: VII 66, 6; ¶ non nullae cohortes in agmen Caesaris, aliae in equites incidunt: 1, 24, 4; — tantum ab equitum suorum auxilio aberant, ... ut eos superioribus perterritos proeliis in medium reciperent agmen ultroque eos tuerentur: 1, 79, 5: ¶ milites legionum duarum, quae in nouissimo agmine praesidio impedimentis fuerant: II 26, 3; ¶ ita dies circiter quindecim iter fecerunt, uti inter nouissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius quinis aut senis milibus passuum interesset: I 15, 5; ¶ ne tecto recipiatur, ... qui non bis ⟨*om.* *AQβ*⟩ per agmen hostium perequitasset ⟨-tarit β⟩: VII 66, 7.

B. = iter exercitus: si ... Romani sese recipere coepissent, impeditos in agmine et sub sarcinis [infirmiore animo] adoriri cogitabant: III 24, 3; proinde in ⟨*ik; Schn., Db., Hld., Dt.*[2]; *om. rell.*⟩ agmine impeditos adorirentur: VII 66, 4.

Adiectiua: confertissimum: II 23, 4 *u.* A. a) *extr.*; extremum: 1, 64, 1 *u.* A. a) sustinet; II 11, 4 *u.* A. e) ab; longissimum: V 31, 6 *u.* A. a) *extr.*; magnum: VII 61, 3 *u.* A. a) it; medium: 1, 79, 5 *u.* A. e) in; (nostrum: III 20, 3 *u.* A. b) adorior; IV 12, 2 *u.* A. c); II 17, 5 *ib.*; I 15, 5 *u.* A. e) inter;) nouissimum: VI 8, 1 *u.* A. a) procedit; 1, 78, 5 *u.* A. b) carpo; 1, 79, 1 *u.* A. b) claudo; VII 88, 7; 3, 75, 2 *u. ib.* consequor; 3, 75, 3 *u. ib.* demoror; I 15, 2 *u. ib.* insequor; II 11, 3 *u. ib.* moror; 1, 70, 3 *u. ib.* premo; I 15, 3 *u.* A. d); I 23, 3 *u.* A. e) ab; 1, 63, 3; 1, 80, 5; 2, 42, 5 *u. ib.* ad; VII 68, 2 *u. ib.* ex; II 26, 3 *u. ib.* in; I 15, 5 *u. ib.* inter; primum: 2, 26, 2 *u.* A. a) est; 3, 41, 5 *u.* A. b) cerno; 2, 35, 1 *u. ib.* consequor; VII 67, 1 *u.* A. e) ab; I 15, 5 *u. ib.* inter; totum: II 19, 3 *u.* A. b) claudo; uniuersum: 1, 80, 5 *u.* A. a) instat.

Agmen *plerumque pertinet ad Romanorum legiones; saepissime ad Caesarianas; ad Afranianas* 1, 63, 2. 3; 64, 1; 70, 3; 78, 5; 79, 1. 5; 80, 5; *ad Pompei legiones* 3, 41, 5; *ad Vari milites* 2, 35, 1; *ad Belgarum copias* II 11, 3. 4; *ad Gallorum* VII 88, 7; *ad Haeduorum* VII 40, 4; *ad Heluetiorum* I 15, 2. 3. 5; 25, 6; *ad Neruiorum* II 23, 4; *ad Vercingetorigis* VII 12, 4; 13, 2; 68, 2; — *ad Iubae regis equites peditesque* 2, 26, 2.

agnosco: nauem D. Bruti, quae ex insigni ⟨*O*; igni *z*⟩ facile agnosci ⟨-ere *af*⟩ poterat: 2, 6, 4.

ago. A. proprie = moueo, promoueo a) pellendo, trudendo, ducendo, fodiendo, etc.: aggerem: 2, 1, 1 *u.* turres; — cuniculis ad aggerem uineasque actis: III 21, 3; — iis impedimentis, quae secum agere ac portare non poterant, citra flumen Rhenum depositis: II 29, 4: — praeda ex omnibus locis ageba-

extremum oppidum Allobrogum est proximumque Heluetiorum finibus Genaua: I 6, 3; Allobrogibus sese uel persuasuros, quod nondum bono animo in populum Romanum uiderentur, existimabant (Heluetii) uel ui coacturos, ut per suos fines eos ire paterentur: I 6, 3; inde (*i. e.* ex finibus Vocontiorum) in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Segusiauos exercitum ducit: I 10, 5; item Allobroges, qui trans Rhodanum uicos possessionesque habebant, fuga se ad Caesarem recipiunt et demonstrant sibi praeter agri solum nihil esse reliqui: I 11, 5; num etiam recentium iniuriarum, . . . quod Allobrogas uexassent, memoriam deponere posse? I 14, 3; si Haeduis de iniuriis, quas ipsis sociisque eorum intulerint, item si Allobrogibus satis faciant (Heluetii): I 14, 6; Allobrogibus imperauit, ut iis (Heluetiis, Tulingis, Latouicis) frumenti copiam facerent: I 28, 3; ne . . . Germani . . . finitimi Galliae prouinciae Allobrogibusque essent: I 28, 4; neque bello Allobrogum proximo Haeduos Romanis auxilium tulisse: I 44, 9; qui (*i. e.* Nantuates, Veragri, Seduni) a finibus Allobrogum . . . ad summas Alpes pertinent: III 1, 1; (Vercingetorix) bellum inferri Allobrogibus iubet: VII 64, 5; nihilo minus clandestinis nuntiis legationibusque Allobrogas sollicitat, quorum mentes nondum ab superiore bello resedisse sperabat. horum principibus pecunias, ciuitati autem imperium totius prouinciae pollicetur: VII 64, 7. 8; Allobroges crebris ad Rhodanum dispositis praesidiis magna cum cura et diligentia suos fines tuentur: VII 65, 3.

b) singulos: erant apud Caesarem equitum numero Allobroges II fratres, Raucillus et Egus, Adbucilli filii: 3, 59, 1; *cf.* 3, 59, 1—61, 3; quae res nota erat Pompeio, delata per Allobrogas perfugas: 3, 63, 5; sed Allobroges, Raucilli atque Egi familiares, quos perfugisse ad Pompeium demonstrauimus, conspicati in itinere exploratores Domitii, seu pristina sua consuetudine, quod una in Gallia bella gesserant, seu gloria elati cuncta, ut erant acta, exposuerunt et Caesaris profectionem, aduentum Pompei docuerunt: 3, 79, 6; unum Allobrogem ex duobus, quos perfugisse ad Pompeium supra docuimus, cum quibusdam interfecit: 3, 84, 5.

B. fines populi signif.: legionem in Nantuates, inde in Allobroges perduxit ibique hiemauit: III 6, 5.

(Allonico VII 31, 5 β; *u.* **Ollonico.)**

alluo: Massilia enim fere tribus ex oppidi partibus mari alluitur ⟨adluitur *a*⟩: 2, 1, 3.

alo. A. proprie: leporem et gallinam et anserem gustare fas non putant; haec tamen alunt animi uoluptatisque causa: V 12, 6; ¶ ut foliis ex arboribus strictis et teneris harundinum radicibus contusis equos alerent: 3, 58, 3; *cf.* numerum; ¶ eos exercitus, quos contra se multos iam annos aluerint: 1, 85, 5; ¶ gallinam *u.* anserem; ¶ leporem *u. ib.*; ¶ (Dumnorigem) magnum numerum equitatus suo sumptu semper alere et circum se habere: I 18, 5.

reliqui, qui domi manserunt, se atque illos alunt: IV 1, 5; ¶ panico enim uetere atque hordeo corrupto omnes (Massilienses) alebantur: 2, 22, 1; (Vsipetes et Tencteri) reliquam partem hiemis se eorum (*i. e.* Menapiorum) copiis aluerunt: IV 4, 7; ¶ haec *u.* anserem.

B. transl. (= augeo, corroboro, adiuuo): ciuitas, quam ipse (Caesar) semper aluisset omnibusque rebus ornasset: VII 33, 1; ¶ si diutius alatur controuersia: VII 32, 5; ¶ hoc ali ⟨*Aldus;* alii *codd.*⟩ staturam, ali uires ⟨*edd.* alii hoc uires β; ali hoc uires *Ald.*, *Schn.*; alii uires α; [ali] uires *Paul, ZG. 32, 164 sq.*⟩ neruosque confirmari putant: VI 21, 4; ¶ quae res et cibi genere et cotidiana exercitatione et libertate uitae . . . uires alit: IV 1, 9; *cf.* staturam.

Alpes (*Acc. pl.* Alpis *exstat* III 1, 1 *in* a^1; III 1, 2 *in* B^2a^1): Rhenus oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt: IV 10, 3; ¶ Romanos non solum itinerum causa, sed etiam perpetuae possessionis culmina Alpium occupare conari: III 2, 5; ¶ qui (*i. e.* Nantuates, Veragri, Seduni) a finibus Allobrogum et lacu Lemanno et flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent: III 1, 1; — uictis in Alpibus Sedunis; III 7, 1; — qua proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat, cum his quinque legionibus ire contendit. ibi Ceutrones et Graioceli et Caturiges locis superioribus occupatis itinere exercitum prohibere conantur: I 10, 3. 4; iter per Alpes, quo magno cum periculo magnisque cum portoriis mercatores ire consuerant, patefieri uolebat: III 1, 2.

alter. I. Forma: (*genet.* alterius *exstat* I 31, 3; 36, 1; V 56, 3; VI 12, 1; 2, 9, 7;) *dat. sg.* (*fem.*) alterae *est in* α V 27, 5; (alteri *h. l. in* β; ⟨V 44, 2 uter alteri *in* β; quinam *in* α;⟩ VII 25, 3 alteri *in* α, altero (*abl.?*) *in* β; alteri *in omnibus codd. est* V 44, 14; 2, 31, 1; 3, 10, 7; 16, 5; 72, 2; 89, 1;) *pluralis* alteri: I 26, 1; VII 17, 2; alteros: V 54, 4; altera (castra): 1, 18, 5; 3, 9, 7; alterae (tabulae): 3, 108, 1.

II. Significatio. A. semel positum a) ui

adiectiui; α) cogitatur de duobus: αα) = secundus uel contrarius: duabus de causis . . ., quarum una erat ⟨erat altera β⟩, quod auxilia contra se Treueris miserant, altera, ne ad eos Ambiorix receptum haberet: VI 9, 2; ¶ uno colle ab Romanis occupato si alterum amisissent: VII 44, 4; ¶ ad Boios proficiscitur. altero die cum ad oppidum Senonum Vellaunodunum uenisset: VII 11, 1; Caesar . . . secutus quantum diei tempus est passum . . . altero die ad Alesiam castra fecit: VII 68, 2; illi . . . naues soluunt atque altero die Apolloniam [Dyrrhachium] praeteruehuntur: 3, 26, 1; unum diem sese castris tenuit; altero die ad eum peruenit Caesar: 3, 30, 6; — responsum est ab altera parte A. Varronem profiteri se altera die ad conloquium uenturum: 3, 19, 3. (*De uerbis* altero die *disputauit Nap. III 10, 3, quem refellunt Heller 26, 682—84; A. Miller, BB. 3, 288; cf. Rev. crit. 2, 120.*) ¶ (Indutiomarus) Cingetorigem, alterius principem factionis, . . . hostem iudicat: V 56, 3; ¶ alterum genus est equitum: VI 15, 1 (*cf.* B. a) α); ¶ erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: unum per Sequanos . . ., alterum ⟨iter *add. AQ*⟩ per prouinciam nostram: I 6, 1. 2; erat unum iter, Ilerdam si reuerti uellent, alterum, si Tarraconem peterent: 1, 73, 2; ¶ (insulae) unum latus est contra Galliam. . . . alterum uergit ad Hispaniam atque occidentem solem: V 13, 2; ¶ legiones duae . . ., quarum una prima, altera tertia appellabatur: 3, 88, 1; ¶ {(leges duas promulgauit, unam, qua . . . donauit, aliam ⟨alteram *Faern.*⟩ tabularum nouarum: 3, 21, 1;} ¶ duobus praeterea locis pugnatum est; . . . uno loco Volcatius Tullus impetum legionis sustinuit . . ., altero Germani munitiones nostras egressi . . . sese . . . receperunt: 3, 52, 2; ¶ submersam nauem . . . funibus adduxit atque alteram nauem, quae erat ad custodiam ab Acilio posita, pluribus ⟨multis *O*⟩ adgressus nauibus uicit: 3, 40, 2; ¶ duabus ex partibus. . . . una erat proxima portui naualibusque, altera ad portam ⟨partem *codd.*⟩, qua est aditus ex Gallia atque Hispania: 2, 1, 2; — Vercingetorix . . . ab altera fluminis parte iter facere coepit: VII 34, 3; *cf.* dies 3, 19, 3; — una ex parte a Suebis circiter milia passuum sescenta agri uacare dicuntur. ad alteram partem succedunt Vbii: IV 3, 2. 3; qua esset aditus ad alteram partem oppidi ⟨opp. part. β⟩: VII 44, 3; qui ad alteram partem oppidi . . . munitionis causa conuenerant: VII 48, 1; quorum aduentu altera castra ad alteram oppidi partem ponit: 1, 18, 5; — ut . . . una ex parte ipsi (Bituriges), altera Aruerni se circumsisterent: VII 5, 5; altera ex parte Gabalos proximosque pagos Aruernorum in Heluios . . . mittit: VII 64, 6; castra . . . admodum munita natura loci, una ex parte ipso oppido Vtica, altera a theatro: 2, 25, 1; eodemque tempore ex altera parte molem tenuit naturalem obiectam: 3, 40, 4; — in alteram partem item cohortandi causa profectus: II 21, 4; — in altera parte fluminis Q. Titurium Sabinum legatum . . . relinquit: II 5, 6; ¶ animum aduertit ad alteram fluminis ripam magnas esse copias hostium instructas: V 18, 2; ¶ tabulae testamenti unae . . . Romam erant allatae, . . . alterae eodem exemplo relictae atque obsignatae Alexandriae proferebantur: 3, 108, 4; ¶ ad alteram turrim aggeremque eruptione pugnauerunt: 2, 14, 5; ¶ ab eo intermisso spatio pedum DC alter conuersus in contrariam partem erat uallus: 3, 63, 2; ¶ duae fuerunt Ariouisti uxores, una Sueba natione, . . . altera Norica: I 53, 4.

ββ) = unus de duobus: huius lateris alter angulus . . . ad orientem solem, inferior ad meridiem spectat: V 13, 1; {sed eius angulus ⟨alter *add. W. Paul*⟩ lateris maxime ad Germaniam spectat: V 13, 6;} ¶ duas Hispanias . . ., quarum erat altera maximis beneficiis Pompei deuincta: 1, 29, 3; ¶ altera ex duabus legionibus . . . ex castris Varronis . . . signa sustulit: 2, 20, 4; ¶ ut uehementissime utraque (nauis) ex concursu laborarent, altera uero praefracto rostro tota conlabefieret: 2, 6, 5; ¶ milites . . . quinqueremes duas, in quarum altera erat Cassius, ceperunt: 3, 101, 6.

β) cogitatur de pluribus (*sed ita, ut semper duorum habeatur ratio*): in proxima Octauii castra inruperunt. his expugnatis eodem impetu altera sunt adorti, [inde tertia et quarta] et deinceps reliqua: 3, 9, 7; *cf.* α) αα) 1, 18, 5 pars; ¶ ubi tempus alterius contabulationis uidebatur: 2, 9, 7; ¶ {Cornelius *u.* Sulla;} ¶ exanimato (Gallo) alteri ⟨altero β; *Schn.*⟩ successit tertius et tertio quartus: VII 25, 3; ¶ (legatus 1, 38, 1 *u.* b) α);) ¶ ex quibus (legionibus) unam . . . ducendam Fabio . . . dedit, alteram in Neruios Q. Ciceroni, tertiam in Esubios L. Roscio, . . .: V 24, 2; ne qua legio alterae ⟨altere A¹; alteri β⟩ legioni subsidio uenire posset: V 27, 5; Caesar . . . cum legione una, quam se ex Thessalia sequi iusserat, et altera, quam ex Achaia a Q. Fufio legato euocauerat, . . . Alexandriam peruenit: 3, 106, 1; ¶ faucibusque portus nauem

onerariam submersam obiecit et huic alteram coniunxit: 3, 39, 2; ¶ quinque intermissis diebus alteram noctem subnubilam nactus: 3, 54, 2; ¶ alterum (nuntium) ad C. Fabium legatum mittit: V 46, 3; ¶ continentur una ex parte flumine Rheno . . . altera ex parte monte Iura . . ., tertia . . .: I 2, 3; quod Ariouistus . . . tertiam partem agri Sequani . . . occupauisset et nunc de altera parte tertia Sequanos decedere iuberet: I 31, 10; ¶ suum cum Scipione honorem partitur . . . et alterum illi iubet praetorium tendi: 3, 82, 1; ¶ seque alterum fore Sullam ⟨Cornelium *Vielh.*⟩ inter suos gloriatur (Lentulus), ad quem summa imperii redeat: 1, 4, 2; ¶ ternas tabellas dari . . . unam fore tabellam, qui liberandos omni periculo censerent, alteram, qui capitis damnarent, tertiam, qui pecunia multarent: 3, 83, 4.

b) ui substant.: **α) subiect.:** Afranius et Petreius et Varro, legati Pompei, quorum unus Hispaniam citeriorem (*tribus legionibus, alter ulteriorem*) . . . duabus legionibus, tertius . . . Lusitaniam . . . obtinebat: 1, 38, 1; ¶ duo . . . contendebant . . .; e quibus alter . . . ad eum uenit, se suosque omnes in officio futuros . . . confirmauit quaeque in Treueris gererentur ostendit: V 3, 3.

β) obiect.: quicumque alterum obsidere conati sunt: 3, 47, 2.

γ) datiu.: (hi perpetuas inter se controuersias habebant, quinam ⟨uter alteri β⟩ anteferretur: V 44, 2;) si uero alteri paulum modo tribuisset fortuna: 3, 10, 7.

δ) genet.: populum Romanum uictis non ad alterius praescriptum, sed ad suum arbitrium imperare consuesse: I 36, 1.

ε) c. praeposit.: qui (inimici) quod ab altero ⟨alterorum *a*; altero non *hl*⟩ postularent, in se recusarent: 1, 32, 5; ¶ (se debere) neutrum eorum contra alterum iuuare: 1, 35, 5.

B. iteratum; a) ui partitiua; α) adiectiuum: (causae: VI 9, 2 *u.* A. a) α) αα) *init.* ¶ factiones esse duas: harum alterius principatum tenere Haeduos, alterius Aruernos: I 31, 3; cum Caesar in Galliam uenit, alterius factionis principes erant Haedui, alterius Sequani: VI 12, 1; ¶ (Ariouisti) fuerunt duae filiae; harum altera occisa, altera capta est ⟨*u. CC*⟩: I 53, 4; ¶ de his duobus generibus alterum est druidum, alterum equitum: VI 13, 3; ¶ legati: 3, 15, 6 *u.* β) αα); ¶ harum altera nauis CCXX e legione tironum sustulerat, altera ex ueterana paulo minus CC: 3, 28, 3; ¶ alteram partem eius uici Gallis [ad hiemandum] concessit, alteram uacuam ab his relictam cohortibus (*ad hiemandum*) attribuit: III 1, 6; intellexit . . . altera ex parte Senones Carnutesque conscientia facinoris instigari, altera Neruios Aduatucosque bellum Romanis parare: V 56, 1; altera ex parte ⟨ex a. p. β⟩ Bellouaci . . . instabant, alteram ⟨altera β⟩ Camulogenus parato atque instructo exercitu tenebat: VII 59, 5; ¶ (patronus: 1, 35, 4 *u.* β) αα);) ¶ Curio utrumque improbans consilium quantum alteri ⟨*om. af*⟩ sententiae deesset animi, tantum alteri superesse dicebat: 2, 31, 1.

β) substant.; αα) subiect.: ad Ciceronem aut ad Labienum . . ., quorum alter milia passuum circiter quinquaginta, alter paulo amplius ab iis absit: V 27, 9; — aliae sunt legati partes atque imperatoris; alter omnia agere ad praescriptum, alter libere ad summam rerum consulere debet: 3, 51, 4; — loquuntur . . . cum M.'Acilio et Statio Murco legatis, quorum alter oppidi muris, alter praesidiis terrestribus praeerat: 3, 15, 6; — alter pro Conuictolitaui, alter pro Coto summis opibus pugnauerant ⟨pugnauerat β⟩: VII 39, 2; — horum esse alterum Conuictolitauem, florentem et inlustrem adulescentem, alterum Cotum: VII 32, 4.

alteri se, ut coeperant, in montem receperunt, alteri ad impedimenta et carros suos se contulerunt ⟨*u. CC*⟩: I 26, 1; Boios atque Haeduos . . ., quorum alteri, quod nullo studio agebant, non multum adiuuabant, alteri non magnis facultatibus . . . celeriter quod habuerunt consumpserunt: VII 17, 2; Cn. Pompeium et C. Caesarem, patronos ciuitatis; quorum alter agros Volcarum Arecomicorum et Heluiorum publice iis concesserit, alter bello uictos Sallyas attribuerit uectigaliaque auxerit: 1, 35, 4; CCC Tarcondarius Castor et Donnilaus . . . dederant; horum alter una uenerat, alter filium miserat: 3, 4, 5; quos ille . . . interfici iussit; quorum alter accepto uulnere occupatus ⟨sopitus *J. F. Gron.*; obsopitus *Dauis.*⟩ per suos pro occiso sublatus, alter ⟨accepto . . . alter *om. af*⟩ interfectus est: 3, 109, 5.

ββ) obiect.: Haeduos et Remos, quos praecipuo semper honore Caesar habuit, alteros pro uetere ac perpetua erga populum Romanum fide, alteros pro recentibus Gallici belli officiis: V 54, 4.

b) ui reciproca: ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset: V 44, 14; manerent indutiae, . . . neue alter alteri noceret: 3, 16, 5; abscisum in duas partes exercitum, cum altera ⟨*N*; alter *Oz*⟩ alteri auxilium ferre non pos-

set: 3, 72, 2; (legionem nonam et octauam) alteram alteri praesidio esse iusserat: 3, 89, 1; *cf.* V 27, 5 (A. a) β)).

unus . . . alter: VI 9, 2; VII 44, 4; (3, 30, 6;) I 6, 1. 2; 1, 73, 2; V 13, 2; 3, 88, 1; (3, 21, 1; 52, 2; 2, 1, 2; IV 3, 2. 3; VII 5, 5; 2, 25, 1; 3, 108, 4: I 53, 4 *u.* A. a) α) αα): 3, 106, 1 *u.* A. a) β); ¶ **alter . . . tertius** (. . . **quartus**): 3, 9, 7; (VII 25, 3; V 24, 2; I 2, 3; 3, 83, 4 *u.* A. a) β); 1, 38, 1 *u.* A. b) α).

alter c. genet. part.: VI 9, 2; 3, 88, 1 *u.* A. a) α) αα); 1, 29, 3; 3, 101, 6 *u.* A. a) α) ββ); 1, 38, 1 *u.* A. b) α); (1, 35, 5 *u.* A. b) ε);) I 31, 3; 53, 4; 3, 28, 3 *u.* B. a) α); V 27, 9; 3, 15, 6; VII 32, 4; 17, 2; 1, 35, 4; 3, 4, 5; 109, 5 *u.* B. a) β) αα); ¶ **alter ex:** 2, 20, 4 *u.* A. a) α) ββ); V 24, 2 *u.* A. a) β); V 3, 3 *u.* A. b) α): ¶ **alter de:** VI 13, 3 *u.* B. a) α).

altercor: Labienus . . . altercari cum Vatinio incipit: 3, 19, 5.

alternus: hoc cum in speciem uarietatemque opus deforme non est alternis trabibus ac saxis, . . . tum: VII 23, 5.

alteruter: neque se . . . rem publicam alterutro exercitu priuare noluisse: 3, 90, 3.

altitudo. A. = ὕψος: **a) subiect.:** quos non castrorum munitiones, non altitudo montis, non murus oppidi tardare potuisset: VII 52, 3; ¶ tamen has (turres) altitudo puppium ex barbaris nauibus superabat: III 14, 4; ¶ magnitudo operum, altitudo muri atque turrium, multitudo tormentorum omnem administrationem tardabat: 2, 2, 5; VII 52, 3 *u.* potest.

b) obiect.: nostrarum turrium altitudinem . . . commissis suarum turrium malis adaequabant: VII 22, 4; sic ut prope summam muri aggerisque altitudinem acerui armorum adaequarent (aequarent β): II 32, 4; ¶ omne opus contexitur, dum iusta muri altitudo expleatur (compleatur β): VII 23, 4; ¶ ubi turris altitudo perducta est ad contabulationem: 2, 9, 1.

c) genet.: colles mediocri interiecto spatio pari altitudinis fastigio oppidum cingebant: VII 69, 4; ¶ qui tantae altitudinis machinationes tanta celeritate promouere possent: II 31, 2.

d) ablat.: aggerem . . . facere instituerunt aequa (-que *af*) fere altitudine (*Vascos.*; latitudine *codd.*) atque ille congesticius ex materia fuerat agger: 2, 15, 1; — reliquum spatium . . . mons continet magna altitudine: I 38, 5; — Pharus est in insula turris magna altitudine, mirificis operibus exstructa: 3, 112, 1.

e) c. praepos.: turres ad altitudinem ualli . . . facere coeperunt: V 42, 5.

magno esse usui posse, si haec esset in altitudinem turris elata: 2, 8, 3; ¶ milia passuum decem nouem murum in altitudinem pedum sedecim fossamque perducit: I 8, 1; aggerem in altitudinem pedum LXXX exstruit: 2, 1, 4; castra in altitudinem (*Ald.*; altitudine *codd.*) pedum XII uallo fossaque duodeuiginti pedum munire iubet: II 5, 6; in altitudinem pedum XV effectis operibus: 3, 54, 1; erat eo loco fossa pedum XV et uallum contra hostem in altitudinem pedum X, tantundemque eius ualli agger in latitudinem (altitud. *Ox*) patebat: 3, 63, 1; fossam et maceriam (materiam α) sex in altitudinem (in alt. VI. β) pedum praeduxerant: VII 69, 5; — inque eis (trabibus) columellae pedum in altitudinem V defiguntur: 2, 10, 2.

id (oppidum) . . . propter latitudinem fossae murique altitudinem paucis defendentibus expugnare non potuit: II 12, 2; neque propter altitudinem (nauium) facile telum adigebatur: III 13, 8.

B. = βάθος: **a) subiect.:** uadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat: I 8, 4; — fluminis erat altitudo pedum circiter trium: II 18, 3.

b) ablat.: (ut pedites) cum altitudine aquae tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum impedirentur: 1, 62, 2; ¶ duas fossas quindecim pedes latas eadem altitudine perduxit: VII 72, 3.

c) c. praepos.: tigna bina . . . dimensa ad altitudinem fluminis: IV 17, 3; ¶ discussa niue sex in altitudinem pedum (in altitudine (-dinem *a*) pedum VI β): VII 8, 2; scrobes trium in altitudinem (altitudine *Ah*) pedum (in alt. trium pedum *fh*; in alt. pedum trium *a*[1]; tres in altitudinem pedes α; *edd.*) fodiebantur: VII 73, 5; ¶ summa difficultas faciendi pontis proponebatur propter latitudinem, rapiditatem altitudinemque fluminis: IV 17, 2; nostris militibus cunctantibus, maxime propter altitudinem maris: IV 25, 3; conamur opus magnum et multorum dierum propter altitudinem maris: *ap. Cic. ad Att.* IX 14, 1.

C. = πάχος: transtra pedalibus (ex pedalibus β) in altitudinem trabibus confixa clauis ferreis: III 13, 4.

[**Falso** altitudo *scriptum est in codd. pro* latitudo II 29, 3; 3, 63, 1.]

Commemoratur apud Caes. altitudo A) aggeris: II 32,4 *u.* **b)**; 2,15,1 *u.* **d)**; 2,1,4 *u.* **e)**; collium: VII 69,1 *u.* **e)**; columellarum: 2,10,2 *u.* **e)**; maceriae: VII 69,5 *ib.*; machinationum: II 31,2 *u.* **c)**; montis: VII 52,3 *u.* **a)**; I 38,5 *u.* **d)**; muri: 2,2,5 *u.* **a)**; II 32,4; VII 23,4 *u.* **b)**; I 8,1; II 12,2 *u.* **e)**; nauium: III 13,8 *ib.*; operum: 3,51,1 *ib.*; puppium: III 14,4 *u.* **a)**; turris: 2,2,5 *u.* **a)**; VII 22,4; 2,9,1 *u.* **b)**; 3,112,1 *u.* **d)**; 2,8,3 *u.* **e)**; ualli: V 42,5; II 5,6; 3,63,1 *ib.*

B) altitudo (= *βάθος*) aquae: 1,62,2 *u.* **b)**; fluminis: I 8,4; II 18,3 *u.* **a)**; IV 17,2.3 *u.* **e)**; fossarum: VII 72,3 *u.* **b)**; maris: IV 25,3; *ad Att.* IX 14,1 *u.* **e)**; niuis: VII 8,2 *u.* **e)**; scrobium: VII 73,5 *u.* **c)**.

C) altitudo (= *πάχος*): trabium: III 13,4.

Adiectiua apposita: aequa: 2,15,1 *u.* **A. d)**; eadem: VII 72,3 *u.* **B. b)**; iusta: VII 23,4 *u.* **A. b)**; magna: I 38,5; 3,112,1 *u.* **A. d)**; (minima: I 8,4 *u.* **B. a)**;) summa: II 32,4 *u.* **A. b)**; tanta: II 31,2 *u.* **A. c)**.

altus. 1. adiectiuum. A. = *ὑψηλός*: **a) posit.:** aggerem latum pedes CCCXXX, altum pedes LXXX exstruxerunt: VII 21,1.

b) compar.: (nauibus, in quibus ad libram ⟨in qu. altiores *Ciacc.*⟩ fecerat turres: 3,40,2;) ¶ ex omnibus partibus castra altiore uallo muniri . . . iubet: V 50,5.

c) superlat.: deiectus ⟨despectus *u.*⟩ rupes; ¶ oppidum altissimis moenibus oppugnare adgressus: 3,80,6; ¶ mons autem altissimus impendebat, ut facile perpauci prohibere possent: I 6,1; qui uicus positus in ualle non magna adiecta planicie altissimis montibus undique continetur: III 1,5; quae (urbs) posita in altissimo monte omnes aditus difficiles habebat: VII 36,1; ut . . . incitati fuga montes altissimos peterent: 3,93,5; omnes . . . in altissimos montes . . . confugerunt: 3,95,4; — (continentur) altera ex parte monte Iura altissimo: I 2,3; ¶ quem locum duplici altissimo muro munierant: II 29,3; ¶ ascendere altissimas ripas, subire iniquissimum locum: II 27,5; ¶ quod (oppidum) cum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes deiectusque ⟨*Jurin.*; *al.*; despectusque *codd.*; *edd.*⟩ haberet: II 29,3; ¶ (uallo altissimo: 2,1,3 *u.* **B. e)** ualle alt.)

B. = *βαθύς*: **a) posit.:** perpetuae fossae quinos pedes altae ducebantur: VII 73,2.

b) compar.: longius progressus, cum agger altiore aqua contineri non posset: 1,25,6.

c) superl.: (continentur) una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo: I 2,3; ut altissimis fluminibus atque impeditissimis itineribus nullum acciperet incommodum: 3,77,2; ¶ etsi mons Cebenna . . . durissimo tempore anni altissima niue iter impediebat: VII 8,2; ¶ pars ea, quae ad arcem pertinet, loci natura et ualle altissima ⟨uallo altissimo *Kraff.*⟩ munita longam et difficilem habet oppugnationem: 2,1,3.

2. ui substant.: ut (oppida) . . . neque pedibus aditum haberent, cum ex alto se aestus incitauisset: III 12,1; ueritus nauium multitudinem ex alto refugerat: 2,23,3; ¶ quae tamen (naues) ancoris iactis cum fluctibus complerentur, necessario aduersa nocte in altum prouectae: IV 28,3; ¶ quod naues propter magnitudinem nisi in alto constitui non poterant: IV 24,2.

(**aluens:** carinae ac prima ⟨primum *codd.*, statumina ex leui ⟨ex leui *af*; et leui a *hl*; et leui *O*; — ac primum statumen aluei *E. Hoffm.*⟩ materia fiebant: 1,54,2.)

aluta: pelles (erant) pro uelis alutaeque tenuiter confectae: III 13,6.

Amantia: D. Laelium . . . reliquit, qui commeatus Bullide atque Amantia ⟨*Vascos.*; atque mantinea *codd.*⟩ importari in oppidum prohibebat: 3,40,5.

Amantini: hos sequuntur Bullidenses, Amantini ⟨*Vasc.*; amathini *Oa*; amatth. *hl*; amatini *f*; Amantiani *Ciacc.*⟩ . . .: 3,12,4.

Amanus: Scipio detrimentis quibusdam circa montem Amanum acceptis: 3,31,1.

amator: tu in summis, o dimidiate Menander, poneris, et merito, puri sermonis amator: *ap. Sueton. uita Terent. 5 p. 294 Roth.*

ambactus (*Cf. Chr. W. Glück, Verhandl. d. Philol. Lpz. 1863. p. 107—109.*): (equitum) ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque habet: VI 15,2.

Ambarri (*Cf. Glück p. 19*): eodem tempore, quo ⟨*add. Vielh.*; *Hld.*; *om. rell. edd.*; atque *add. Walther*⟩ Haedui ⟨*del. Dt.*; *Pr.*⟩, Ambarri, necessarii et consanguinei Haeduorum, Caesarem certiorem faciunt . . .: I 11,4; quod Haeduos, quod Ambarros . . . (Heluetii) uexassent: I 14,3.

Ambiani (ambionorum *script. est* II 15,2 *in AB*[1]; *cf. Glück p. 18 adn. 2.*): (polliceri) Ambianos decem milia: II 4,9; ab eo loco in fines Ambianorum peruenit (Caesar): II 15,2; (III 9,10 *u.* **Ambiliati:**) imperant . . . † Senonibus ⟨*codd.*; sena Andibus *Em. Hoffm.*; *Db.*⟩ Ambianis, Mediomatricis . . . quina milia: VII 75,3.

Ambibarii (*Cf. Glück p. 18—21*): ciuitatibus, quae Oceanum attingunt quaeque . . . Aremoricae appellantur, quo sunt in numero . . . Ambibarii (ambarii *aef*) . . .: VII 75, 4.

Ambiliati (*Cf. Glück p. 21*): socios sibi ad id bellum . . . Ambiliatos (ambianos β; Ambiuaritos *Fr.*) . . . adsciscunt: III 9, 10.

Ambiorix (*Cf. Glück p. 18 adn. 2: de bello Ambiorigis u. Jähns p. 366*): Eburones . . ., qui sub imperio Ambiorigis et Catuuolci erant: V 24, 4; initium repentini tumultus ac defectionis ortum est ab Ambiorige et Catuuolco: V 26, 1; *cf.* 26, 2—4; C. Arpineius . . . et Q. Iunius, qui iam ante missu Caesaris ad Ambiorigem uentitare consuerat (consueuerant β): V 27, 1; apud quos Ambiorix ad hunc modum locutus est: V 27, 1; *cf.* 27, 2—11; hac oratione habita discedit Ambiorix: V 27, 11; quis hoc sibi persuaderet, sine certa re (spe β) Ambiorigem ad eius modi consilium descendisse? V 29, 5; quibus esset persuasum non ab hoste, sed ab homine amicissimo Ambiorige (Amb. *del. Tittler; Pr.*) consilium datum: V 31, 6; qua re animaduersa Ambiorix pronuntiari iubet, ut . . .: V 34, 3; cum procul Ambiorigem suos cohortantem conspexisset: V 36, 1; *cf. quae sequuntur*; (Titurius) cum Cotta . . . communicat, . . . ut . . . cum Ambiorige una conloquantur: V 36, 3; Sabinus . . . cum propius Ambiorigem accessisset: V 37, 1; dum de condicionibus inter se agunt longiorque consulto ab Ambiorige instituitur sermo (sermo ab amb. inst. β): V 37, 2; hac uictoria sublatus Ambiorix statim cum equitatu in Aduatucos . . . proficiscitur: V 38, 1; *cf.* 38, 1—4; eadem, quae Ambiorix cum Titurio egerat, commemorant: V 41, 2; Ambiorigem ostentant (duces Neruiorum) fidei faciundae causa: V 41, 4; (Indutiomari propinqui) Ambiorigem sibi societate et foedere adiungunt: VI 2, 2; (Caesar) totus et mente et animo in bellum Treuerorum et Ambiorigis insistit: VI 5, 1; (Caesar) pro explorato habebat Ambiorigem proelio non esse concertaturum: VI 5, 3; cum his (Menapiis) esse hospitium Ambiorigi sciebat: VI 5, 4; *cf.* § 4. 5; hostium se habiturum numero confirmat, si aut Ambiorigem aut eius legatos finibus suis recepissent (Menapii): VI 6, 3; ne ad eos (i. e. Germanos Transrhenanos) Ambiorix receptum (ambiorix rec. ad eos β) haberet: VI 9, 2; ipse (Caesar) ad bellum Ambiorigis profectus: VI 29, 4; Basilus . . . eorum indicio ad ipsum Ambiorigem contendit: VI 30, 1; *cf. quae sequu.*; Ambiorix copias suas iudicione non conduxerit, . . . an tempore exclusus . . . dubium est: VI 31, 1; *cf.* § 1. 2; Catuuolcus . . ., qui una cum Ambiorige consilium inierat, omnibus precibus detestatus Ambiorigem, qui eius consilii auctor fuisset: VI 31, 5; se (*i. e.* Segnos Condrusosque) . . . nulla Ambiorigi auxilia misisse: VI 32, 1; ad . . . extremas Arduennae partes . . ., quo cum paucis equitibus profectum Ambiorigem audiebat: VI 33, 3; Germani, qui . . . Rhenum transierant, ut Ambiorigis fines depopularentur, ad castra Romanorum delati optatissimum Ambiorigi beneficium obtulerunt: VI 42, 3; ut modo uisum ab se Ambiorigem in fuga circumspicerent captiui nec plane etiam abisse ex conspectu contenderent: VI 43, 1; *cf.* § 6.

ambitus: non nullos ambitus Pompeia lege damnatos . . . in integrum restituit: 3, 1, 4.

Ambiuareti (*Cf. Glück p. 21—24*; VII 75, 2 *codd. χa habent* ambluaretis, *h* amluaretis: VII 90, 6 ambibaretos *est in X*): imperant Haeduis atque eorum clientibus, Segusiauis, Ambiuaretis . . . milia XXXV: VII 75, 2: C. Antistium Reginum in Ambiuaretos . . . cum singulis legionibus mittit: VII 90, 6.

Ambiuariti (*Cf. Hell. 22. 133*): magnam partem equitatus (Vsipetum et Tencterorum) . . . praedandi frumentandique causa ad Ambiuaritos trans Mosam missam: IV 9, 3.

(**Ambluareti** VII 75, 2 *ex codd. receperunt Schn., Np., Dt*; *u.* **Ambiuareti.**)

ambo. 1. adiectiu.: proximae . . . ex Bruti classe naues . . . impetum faciunt celeriterque ambas (naues) deprimunt: 2, 6, 6; ¶ tempestas cooritur . . . pontesque ambo (ambos *Ofl*), quos C. Fabius fecerat, uno die interrupit: 1, 48, 2.

2. substant.: diuersa sibi ambo consilia capiunt: Caesar, ut . . ., Pompeius, ut: 3, 30, 2; — habuerant: 3, 109, 4 *u. ctr.*: — loquuntur ambo ex nauibus cum M.'Acilio . . .: 3, 15, 6; — ambo incolumes compluribus interfectis summa cum laude sese . . . recipiunt: V 44, 13; — hoc unum esse tempus de pace agendi, dum sibi uterque confideret et pares ambo uiderentur: 3, 10, 7; ¶ Dioscorides et Serapion, qui ambo legati Romae fuerant magnamque apud patrem Ptolomaeum auctoritatem habuerant: 3, 109, 4.

Ambracia: (Cassius) ex his locis Ambraciam (ambrachiam *a*) uersus iter facere coepit: 3, 36, 5.

amentia: quod longius eius amentiam progredi uidebat: V 7, 2; ¶ si furore atque amentia impulsus bellum intulisset: I 40, 4.

amentum *u.* **ammentum.**

amfractus *u.* **anfractus.**

amicitia. A. priuatorum; a) obiectum: ueteremque amicitiam commemorat: 1, 22, 3; ¶ nouam temptare fortunam nouasque amicitias experiri constituerunt: 3, 60, 3; ¶ quorum omnium gratiam atque amicitiam eius morte redimere posset: I 44, 12; ¶ simulata Caesarem amicitia . . . (exercitum) sui opprimendi causa habere: I 44, 10.

b) datiu.: una cum iis . . ., quorum se amicitiae dediderint (soldurii): III 22, 2; ¶ eo interfecto, cuius se amicitiae deuouisset: III 22, 3; ¶ amicitiae grauiorem iniuriam feceris, . . . si: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1; ¶ quod cum Pompeius et rei publicae et amicitiae tribuisset: VI 1, 4.

c) genet.: qui aliquem sermonis aditum causamque amicitiae cum Cicerone habebant: V 41, 1; ¶ explorato et uitae meae testimonio et amicitiae iudicio . . . reperies: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 2; ¶ quod ne facias, pro iure nostrae amicitiae a te peto: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1; ¶ cum ipse eum locum amicitiae apud eum teneret: I 20, 4.

qui ex urbe amicitiae causa Caesarem secuti non magnum in re militari usum habebant: I 39, 2.

d) ablat.: idoneos homines deligebat, quorum quisque aut oratione subdola aut amicitia facillime capere posset: VII 31, 2; ¶ freti amicitia Caesaris . . . despiciebant suos stipendiumque equitum fraudabant . . .: 3, 59, 3.

e) c. praep.: Pompeius . . . totum se ab eius amicitia auerterat: 1, 4, 4; ¶ habere se quoque ad Caesaris (*del. Th. Momms.; Kran.*; certam *H. W. van der Mey*) gratiam atque amicitiam receptum (respectum *Hell.*: recepturum *af*): 1, 1, 3; ¶ monuit, ut ex sua amicitia omnia exspectarent et ex praeteritis suis officiis reliqua sperarent: 3, 60, 1; ¶ ad eum Pompeius misit, ut pro hospitio atque amicitia patris Alexandria reciperetur atque: 3, 103, 3.

B. ciuitatum; a) subiect.: amicitiam populi Romani sibi ornamento et praesidio, non detrimento esse oportere, idque (itaque *Paul*) se hac spe petisse: I 44, 5; sibi populoque Romano perpetuam gratiam atque amicitiam cum eo futuram: I 35, 4; sibi nullam cum his amicitiam esse posse, si in Gallia remanerent: IV 8, 1.

b) obiect.: Ariouistum se consule cupidissime populi Romani amicitiam adpetisse: I 40, 2; ut . . . principatum Haedui tenuissent, prius etiam quam nostram amicitiam adpetissent: I 43, 7; *cf.* recuso I 44, 5; ¶ legatos ad Vercingetorigem de pace et de *add.* β) amicitia concilianda publice missos: VII 55, 4; ¶ cum proximis ciuitatibus pacem et amicitiam confirmare: I 3, 1; ¶ Vbii autem, qui uni ex Transrhenanis ad Caesarem legatos miserant, amicitiam fecerant, obsides dederant: IV 16, 5; ¶ quibus pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondit: IV 18, 3; ut . . . legationes . . . gratiam atque amicitiam publice priuatimque peterent: V 55, 4; *cf.* a) I 44, 5; ¶ non minus libenter sese recusaturum populi Romani amicitiam, quam adpetierit: I 44, 5; ¶ quod amicitiam Romanorum sequebantur: VII 63, 7; multae longinquiores ciuitates ab Afranio desciscunt et Caesaris amicitiam sequuntur: 1, 60, 5.

c) dat.: Calenus . . . reliquas ciuitates circummissis legationibus amicitiae (*f; Ciacc.*; amicitia *rell. codd.; edd.*) Caesaris (Caesari *N*, *2 al.; edd.*) conciliare studebat: 3, 55, 3.

d) gen.: ut neque beneficiis neque amicitiae memoria mouerentur: VII 76, 2.

e) abl.: qui et sua uirtute et populi Romani hospitio atque amicitia plurimum ante in Gallia potuissent: I 31, 7; — uti opinione et amicitia populi Romani tuti esse possint: IV 16, 7; — (3, 55, 3 *u.* c); — propter linguae Gallicae scientiam, qua multa (quorum amicitia *Bβ*) iam Ariouistus longinqua consuetudine utebatur: I 47, 4.)

f) c. praep.: haec (fama) ciuitates non nullas ab eius amicitia auertebat: 3, 79, 4; Issam a Caesaris amicitia auertit: 3, 9, 1; ¶ se suosque omnes in officio futuros neque ab amicitia populi Romani defecturos: V 3, 3; ne patiatur ciuitatem prauis adulescentium consiliis ab amicitia populi Romani deficere: VII 39, 3.

ciuitates, quae ad Caesaris amicitiam accesserant: 1, 48, 4; iis ciuitatibus, quae ad eius amicitiam accesserant: 1, 52, 4; ¶ quod uero ad amicitiam populi Romani attulissent, id iis eripi quis pati posset? I 43, 8; ¶ quod hi, qui se ad eorum amicitiam adgregauerant, meliore condicione atque aequiore imperio se uti uidebant: VI 12, 6; ¶ magnis quinque ciuitatibus ad amicitiam adiunctis: 1, 60, 5.

per Treueros uenisse (Ambiorigem) Germanis (β; germanos α) in amicitiam cognouerat: VI 5, 4.

Bellouacos omni tempore in fide atque amicitia ciuitatis Haeduae fuisse: II 14, 2; ¶ ciuitates . . ., quae in amicitia manserant

(manserunt *Ol*) [pompei *add. codd.: del. Dauis.*] magnis adfectae beneficiis cum diligebant: 1, 61, 3.

Pluralis (amicitiae) *semel* (3, 60, 3) *inuenitur; u.* **A. a)** experiri.

fides atque amicitia: II 14, 2 *u.* **B. f)**; **gratia atque amic.:** I 14, 12 *u.* **A. a)**; 1, 1, 3 *u.* **A. e)**; I 35, 4 *u.* **B. a)**; V 55, 4 *u.* **B. b)**; **hospitium atque am.:** 3, 103, 3 *u.* **A. e)**; I 31, 7 *u.* **B. e)**; **pax et (atque) am.:** VII 55, 4; I 3, 1; IV 18, 3 *u.* **B. b)**.

Adiectiua.: (nostra: *ad Att.* X 8 *B.* 1 *u.* **A. e)**; I 43, 7 *u.* **B. b)**;) nouae: 3, 60, 3 *u.* **A. a)**; nulla: IV 8, 1 *u.* **B. a)**; perpetua: I 35, 1 *u.* **B. a)**; (sua: 3, 60, 1 *u.* **A. e)**;), uetus: 1, 22, 3 *u.* **A. a)**.

amicus. 1. adiectiu.: a) posit.: quas (Caesari (-ris *Nacf*) esse amicas ciuitates arbitrabatur, his . . .: 2, 18, 5.

debebunt Pompeium hortari, ut malit mihi esse amicus quam iis (his *M*), qui et illi et mihi semper fuerunt inimicissimi: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 2; Dumnorix . . . Heluetiis erat amicus, quod ex ea ciuitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat: I 9, 3.

b) superl.: quibus esset persuasum non ab hoste, sed ab homine amicissimo Ambiorige (Amb. *del. Tittler*) consilium datum: V 31, 6; ¶ ut praesidium quam amicissimum, si quid opus facto esset, haberet: I 42, 5.

(erant) Vticenses pro quibusdam Caesaris in se beneficiis illi amicissimi: 2, 36, 1.

2. substant.: A. priuatorum: a) subiect.: haec Afranius Petreiusque et eorum amici . . . uberiora Romam ad suos perscribebant: 1, 53, 1; ¶ ante id tempus fingi a legatis amicisque Caesaris arbitrabantur: 3, 101, 7.

b) praedicat.: *ad Att.* IX 7 *C*, 2; I 9, 3 *u.* **1. a)**.

c) obiect.: omnes amici consulum, necessarii Pompei atque eorum, qui ueteres inimicitias cum Caesare gerebant, in senatum coguntur. quorum: 1, 3, 4.

d) genet.: minis amicorum Pompei plerique compulsi: 1, 2, 6.

e) c. praep.: ut plerumque in calamitate ex amicis inimici exsistunt: 3, 104, 1; ¶ (cum Caesar) maxime uellet pro communi amico atque arbitro controuersias regum componere: 3, 109, 1.

B. regum amici (= aulici): a) subiect.: amici regis, qui . . . in procuratione erant regni, siue timore adducti, ut postea praedicabant, . . . ne Pompeius Alexandriam . . . occuparet, siue despecta eius fortuna . . . his, qui erant ab eo missi, palam liberaliter responderunt eumque ad regem uenire iusserunt; ipsi clam consilio inito Achillam . . . et L. Septimium . . . ad interficiendum Pompeium miserunt: 3, 104, 1.

b) obiect.: adduco (adducti): 3, 104, 1 *u.* **a)**; ¶ hi regum (rerum ?) amicos ad mortem (morem ?) deposcere . . . consuerant: 3, 110, 5.

c) c. praep.: adiutores quosdam consilii sui nactus ex (*om. a?*) regis amicis: 3, 108, 2; ¶ cum sorore Cleopatra . . ., quam paucis ante mensibus per suos propinquos atque amicos regno expulerat: 3, 103, 2.

C. ciuitatum; a) subiect.: populi Romani hanc esse consuetudinem, ut socios atque amicos non modo sui nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctiores uelit esse: I 43, 8.

b) praedicat.: si suam gratiam Romani uelint, posse iis utiles esse amicos: IV 7, 4; refertur etiam de rege Iuba, ut socius sit atque amicus: 1, 6, 4.

c) obiect.: Castico, Catamantaloedis filio, . . . cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et a senatu populi Romani amicus appellatus erat: I 3, 4; tanto . . . beneficio adfectus, cum in consulatu suo rex atque amicus a senatu appellatus esset: I 35, 2; sua . . . beneficia commemorauit, quod rex appellatus esset a senatu, quod amicus, quod munera amplissime missa: I 43, 4; {quod fratres (a se (*B*²)) Haeduos appellatos (amicos *add. B*²β) diceret: I 44, 9;} cuius auus in ciuitate sua regnum obtinuerat, amicus ab senatu nostro appellatus: IV 12, 4; Teutomatus, . . . cuius pater ab senatu nostro amicus erat appellatus: VII 31, 5; ¶ uti . . . Haeduos ceterosque amicos populi Romani defenderet: I 35, 4.

d) dat.: ne cuncta Gallia deficeret, quod nullum amicis (*om. ae*) in eo praesidium uideret positum esse: VII 10, 1.

e) c. praep.: qui nisi decedat . . ., sese illum non pro amico sed (pro *add. B*²β) hoste habiturum: I 44, 11; *cf.* **A. e)** *extr.* 3, 109, 1.

amicus alci: 2, 18, 5; I 9, 3; *ad Att.* IX 7 *C*, 2 *u.* **1. a)**; 2, 36, 1 *u.* **1. b)**; **amicus alcs:** 1, 53, 1; 3, 101, 7 *u.* **2. A. a)**; 1, 3, 4 *u.* **2. A. c)**; 1, 2, 6 *u.* **2. A. d)**; 3, 101, 1 *u.* **2. B. a)**; 3, 110, 5 *u.* **2. B. b)**; 3, 108, 2 *u.* **2. B. c)**; I 35, 4 *u.* **2. C. c)**. ¶ **propinqui atque amici:** 3, 103, 2 *u.* **2. B. c)**; **rex atque amicus:** I 35, 2; (43, 4) *u.* **2. C. c)**; **socius atque amicus:** I 43, 8 *u.* **2. C. a)**; 1, 6, 4 *u.* **2. C. b)**.

Adiectiua: auctiores: I 43, 8 *u.* **2. C. a)**; ceteri: I 35, 4 *u.* **2. C. c)**; communis: 3, 109,

1 *u.* 2. A. e); (sui: 3, 103, 2 *u.* 2. B. e);) utiles: IV 7, 4 *u.* 2. C. b).

amice: et Caesar amicissime de nobis et illi grauissime iudicauerunt: 2, 32, 2; — M. Varro . . . diffidens Pompeianis rebus amicissime de Caesare loquebatur: 2, 17, 1.

amita: amitae meae Iuliae maternum genus ab regibus ortum . . . est: *ap. Sueton.* 6.

amitto. A. = omitto. praetermitto: occasionem negotii bene gerendi amittendam non esse: III 18, 5; ¶ Caesar frustra diebus aliquot consumptis, ne reliquum tempus amittat ⟨*Np.*; mittat *ahl*; omittat *O*⟩, . . . proficiscitur: 1, 33, 4.

B. amitto alqm (*uel* alqd) = priuor alqo (alqa re); a) alqm: in eo proelio non amplius CC milites desiderauit, sed centuriones, fortes uiros, circiter XXX amisit. interfectus est etiam: 3, 99, 1; nostri . . . XLVI centurionibus amissis deiecti sunt loco: VII 51, 1; in quibus erat legio nona multis amissis centurionibus deminutoque militum numero: 3, 67, 3; ¶ duplicato earum cohortium numero, quas cum Q. Titurio amiserat: VI 1, 4; ad Auximum . . . amissis cohortibus . . . in Africam peruenerat: 1, 31, 2; *cf.* 3, 10, 5 *u.* b) Sicilia; ¶ (copias 3, 79, 4 *u.* b);) ¶ Haeduos omnem nobilitatem, omnem senatum, omnem equitatum amisisse: I 31, 6; ¶ (equites: 1, 51, 5 *u. infra* pauci;) ¶ Curio numquam se amisso exercitu . . . in eius conspectum reuersurum confirmat: 2, 42, 4; ¶ (iuuentutem: III 16, 3 *u. infra* quibus;) ¶ nobilitatem, senatum: I 31, 6 u. equitatum; ¶ uiros: 3, 99, 1 *u.* centuriones.

duobus amissis in castra se receperunt: 3, 37, 7; — nostri . . . V omnino suorum amissis quietissime se receperunt: 3, 46, 6.

cur etiam secundo proelio aliquos ex suis amitteret ⟨*recc.*; mitteret *O*⟩? 1, 72, 2; ¶ in fugam coniecti multis amissis se ad agmen receperunt: VII 13, 2; ¶ cupidius insecuti non nullos ex suis amiserunt: V 15, 2; ¶ omnes III 16, 3 *u. infra* quibus;) ¶ (Galli equites) paucis amissis sese in proximos montes conferunt: 1, 51, 5; Caesar . . . paucis in oppugnatione amissis re infecta inde discessit: 3, 40, 6; ¶ quibus (*i. e.* omni iuuentute, omnibus grauioris aetatis nauibusque) amissis reliqui neque quo se reciperent neque . . . habebant: III 16, 3.

b) alqd: funibus, ancoris reliquisque armamentis amissis: IV 29, 3; ¶ Pompeium, qui amissa restituisse uideatur bona ⟨*Vict.*; *al.*; dona *codd.*⟩, etiam quae ante habuerint ademisse: 1, 7, 4; ¶ uno colle ab Romanis occupato si alterum amisissent: VII 44, 4; ¶ pulsum fugere Caesarem paene omnibus copiis amissis: 3, 79, 4; ¶ (dona 1, 7, 4 *u.* bona;) ¶ omnibus frugibus fructibus *AB¹Q*. amissis domi nihil erat, quo famem tolerarent: I 28, 3; ¶ funes IV 29, 3 *u.* ancoras; ¶ unde L. Mallius . . . impedimentis amissis profugisset: III 20, 1; impedimentisne exuant, quibus amissis bellum geri non possit: VII 14, 8; ¶ ne ante partam rei militaris laudem amitterent: VI 40, 7; ¶ XII nauibus amissis reliquis ut nauigari (*satis*) commode posset effecit: IV 31, 3; sic, ut amissis circiter XL nauibus reliquae tamen refici posse . . . uiderentur: V 11, 2; neque . . . ignominia amissarum nauium . . . expelli potuit: 3, 100, 4; III 16, 3 *u.* a) *extr.*; ¶ quattuor ex una cohorte centuriones oculos amiserunt: 3, 53, 3; ¶ existimabant plerique futurum fuisse, uti amitteretur (oppidum): 3, 101, 3; ¶ (principatum dimiserant ⟨amiserant *Paul*⟩: VI 12, 6;) ¶ signaque sunt militaria amissa XXXII: 3, 71, 2; quartae cohortis . . . signifero interfecto, signo amisso: II 25, 1.

illum Italia expulsum amissa Sicilia et Sardinia duabusque Hispaniis et cohortibus (*in*) Italia atque Hispania ciuium Romanorum centum atque XXX: 3, 10, 5.

Trebonius ea, quae sunt amissa, multo maiore militum studio administrare et reficere instituit: 2, 15, 1; — addit etiam, ut quod ⟨*Np.*; quid *codd.*⟩ quisque eorum in bello amiserit, quae sint penes milites suos, iis, qui amiserant ⟨-rint *f*⟩, restituatur: 1, 87, 1; ¶ quod se prope explorata uictoria celeriter amissa reciperaturos confidebant: VII 15, 2.

[Falso amissis equis *pro* admissis eq. *O*: 2, 34, 3.]

amitto (alqm) proelio: 1, 72, 2 *u.* B. a); **in oppugnatione:** 3, 40, 6 *ib.*; **in bello:** 1, 87, 1 *u.* B. b) *extr.*

ammentum (*Cf. Mérimée, RA. II 210; Heller, Ph. 19, 564*; — ammentum *scriptum est in* α, amentum *uidetur esse in* β): monet, ut tragulam cum epistula ad ammentum deligata intra munitionem castrorum abiciat: V 48, 5.

amor: sese tamen et amore fraterno et existimatione uulgi commoueri: I 20, 3.

Amphilochi: Aetolia, Acarnania, Amphilochis ⟨-locis *hl*⟩ per Cassium Longinum . . . receptis: 3, 55, 1.

Amphipolis (*In codd. ac utroque loco*

exstat amphilopoli): erat edictum Pompei nomine Amphipoli propositum, uti: 3, 102, 2; uocatis ad se Amphipoli hospitibus . . . ex eo loco discessit: 3, 102, 4.

Ampius: Caesar . . . reperiebat T. Ampium ⟨apium *af*; appium *O*⟩ conatum esse pecunias tollere Epheso ex fano Dianae eiusque rei causa senatores omnes ex prouincia euocasse, ut his testibus in summa pecuniae uteretur, sed interpellatum aduentu Caesaris profugisse: 3, 105, 1.

amplector: castellis . . . XV milia passuum ⟨in *add. 2 recc.: prob. Dauis.*⟩ circuitu amplexus hoc spatio pabulabatur: 3. 44, 3.

amplifico: Haeduorum auctoritatem apud omnes Belgas amplificaturum (Caesarem): II 14, 6; — reliquis rebus eorum (*i. e.* Haeduorum) gratia dignitateque amplificata Sequani principatum dimiserant: VI 12, 6.

amplitudo. A. **propr.**: amplitudo cornuum et figura et species multum a nostrorum boum cornibus differt: VI 28, 5; ¶ hos cum Suebi . . . propter amplitudinem grauitatemque ciuitatis finibus expellere non potuissent: IV 3, 4.

B. **transl.**: exposuit, quos et quam humiles accepisset . . . et quam in fortunam quamque in amplitudinem eduxisset ⟨*Madu.*; deduxisset *α*; — et in eam fort. amplitudinemque duxisse *β*⟩: VII 54, 3. 4.

amplus. 1. adiect.; A. propr.: Vbii, quorum fuit ciuitas ampla atque florens, ut est captus Germanorum: IV 3, 3; ¶ quod ampliores copias . . . exspectabant: V 50, 2; dimissis amplioribus copiis milibus circiter quattuor essedariorum relictis: V 19, 1.

B. **trsl. (superl.)**: huius est ciuitatis longe amplissima auctoritas omnis orae maritimae regionum earum: III 8, 1; ¶ (his cornibus) in amplissimis epulis pro poculis utuntur: VI 28, 6; ¶ Litauiccus atque eius fratres, amplissima familia nati adulescentes: VII 37, 1; ¶ uir fortissimus Piso Aquitanus, amplissimo genere natus: IV 12, 4; ¶ his domi . . . amplissimos magistratus mandauerat atque eos extra ordinem in senatum legendos curauerat: 3, 59, 2; ¶ (munera I 43, 4 *u.* **amplissime** *p. 257*;) ¶ de amplissimis uiris, tribunis plebis, grauissime acerbissimeque decernitur: 1, 5, 4.

eorum (equitum) ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos . . . clientes habet: VI 15, 2.

2. **ui substant.**: et honesti ex iuuentute et cuiusque aetatis amplissimi nominatim euocati atque obsecrati naues conscenderant: 2, 5, 5; ¶ quantoque eius amplius processerat temporis, tanto: 3, 25, 2; — si amplius obsidum uellet ⟨uelit *β*; *Fr.*, *Dt.*[1]⟩, dare ⟨uelit dari *β*⟩ pollicentur: VI 9, 7.

[**Falso**: centuriones in priores ordines ⟨in pr. ord. *Ciacc.*; ampliores ordines *O*[1]; ampliori ordini *Lips.*⟩, equites Romanos in tribunicium restituit honorem: 1, 77, 2.]

amplius. (*Positiuus deest apud Caesarem.*) A. **cum numeris**: quorum alter milia passuum circiter quinquaginta, alter paulo amplius ab iis absit: V 27, 9; — ex hominum milibus amplius triginta . . . plus tertia parte interfecta: III 6, 2; nostri . . . circiter LXX ceciderunt . . .; uulnerantur ⟨-ratur *af*⟩ amplius DC: 1, 46, 4; ex Afranianis interficiuntur . . . centuriones IIII, milites amplius CC: 1, 46, 5; nostri non amplius XX omnibus sunt proeliis desiderati: 3, 53, 2; ¶ nauium, quae cum annotinis priuatisque . . . amplius octingentae uno erant uisae tempore: V 8, 6; uno die amplius XX urbes Biturigum incenduntur: VII 15, 1; ex Pompeiano exercitu . . . in deditionem uenerunt amplius milia XXIIII: 3, 99, 3; — se cohortesque amplius XXX magnumque numerum senatorum . . . in periculum esse uenturum: 1, 17, 2; ¶ cum ipsi non amplius octingentos ⟨CCCC[tos] *f*; M.CCC *h*⟩ equites haberent: IV 12, 1; in eo proelio non amplius CC milites desiderauit: 3, 99, 1; — Sabim flumen ab castris suis non amplius milia passuum decem abesse: II 16, 1; abest derecto itinere ab Vtica paulo amplius passus ⟨pass. *ahl*⟩ mille ⟨mil. *ahl*⟩: 2, 24, 4; ¶ reliquum spatium, quod est non amplius pedum (*mille*) sescentorum: I 38, 5; ut milium amplius quinquaginta circuitu . . . exercitum duceret: I 41, 4; aditus in latitudinem non amplius ducentorum pedum relinquebatur: II 29, 3; ¶ uti inter nouissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius quinis aut senis milibus passuum interesset: I 15, 5; a Bibracte . . . non amplius milibus passuum XVIII aberat: I 23, 1; quae castra . . . amplius milibus passuum octo in latitudinem patebant: II 7, 4; cum ab hoste non amplius passuum XII milibus abesset: IV 11, 1; milibusque amplius quingentis in longitudinem Arduenna silua patet: VI 29, 4; ut non amplius digitis quattuor ex terra eminerent (stipites): VII 73, 6; non enim amplius pedum milibus duobus ab castris castra distabant: 1, 82, 4; — cum iam amplius horis

sex continenter pugnaretur: III 5, 1; (nostri milites) amplius horis quattuor fortissime pugnauerunt: IV 37, 3.

B. non sequitur numerus; a) = plus: multum fortunam . . . potuisse indicauit, multo etiam amplius, quod . . . auertisset: VI 42, 2.

b) = diutius: debere utrumque . . . ab armis discedere neque amplius fortunam periclitari: 3, 10, 3; — non esse amplius fortunam temptaturos ⟨temptandam β⟩: V 55, 2.

c) = praeterea: ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam traduceret: I 35, 3; at ne quos amplius Rhenum transire pateretur: I 43, 9.

amplissime: cohortemque postea duplici stipendio, frumento . . . militaribusque donis amplissime donauit: 3, 53, 6; — sua . . . beneficia commemorauit, quod rex appellatus esset . . ., quod munera amplissime ⟨tam amplissima B^2β⟩ missa: I 43, 4.

an. A. in interrogationibus disiunctiuis: a) utrum an: ut . . . intellegere posset, utrum apud eos pudor atque officium an timor ⟨plus *add.* B^2β⟩ ualeret: I 40, 14; de se . . . consultum dicebat, utrum igni statim necaretur an in alind tempus reseruaretur: I 53, 7; sed utrum auertendae suspicionis causa Pompeius proposuisset (edictum), . . . an nouis dilectibus . . . Macedoniam tenere conaretur, existimari non poterat: 3, 102, 3.

b) ne . . . an: perturbantur, copiasne aduersus hostem ducere an castra defendere an fuga salutem petere praestaret: IV 14, 2; Ambiorix copias suas iudicione non conduxerit . . . an tempore exclusus et repentino equitum aduentu prohibitus . . . dubium est: VI 31, 1; id eane de causa, quam legatis pronuntiarunt, an perfidia adducti fecerint, . . . non uidetur pro certo esse ponendum: VII 5, 6; neque certum inueniri poterat, obtinendine Brundisii causa ibi remansisset . . ., an inopia nauium ibi restitisset: 1, 25, 3; uosne ⟨ne *crasum in a*⟩ uero L. Domitium an uos Domitius deseruit? 2, 32, 8.

c) — . . . an: deliberatur ⟨β; dicebatur α; *Schn.*⟩ de Auarico in communi concilio, incendi placeret an defendi: VII 15, 3.

d) omisso priore membro: quid ad se uenirent? an speculandi causa? I 47, 6.

e) c. praep.: ad eas (arbores) se adplicant (alces) atque ita paulum modo reclinatae quietem capiunt: VI 27,3; ¶ prius se cortice ex arboribus uicturos, quam Pompeium e manibus dimissuros: 3,49,2; — postquam non modo hordeum . . ., sed etiam frons ⟨*Cellar.*; fructus *codd.*; *u.* *CC*⟩ ex arboribus deficiebat ⟨-bant *Nd*⟩: 3, 58, 5; — erat summa inopia pabuli, adeo ut foliis ex arboribus strictis . . . equos alerent: 3, 58, 3.

Adiect.: crebrae: V 9,5; infirmae: VI 27, 5; omnes: VI 27,4; 2,15,1; tenerae: II 17, 4 *u.* **b**).

arcano: ipse arcano cum paucis familiaribus suis conloquitur: 1, 19,2.

(arcessitu: ut ne magna quidem multitudine, si ita accidat, † eius discessu ⟨Vercingetorigis arcessitu *Paul*; *u.* *CC*⟩ munitionum praesidia circumfundi possent: VII 71, 1.)

arcesso (*Cf.* accerso) alqm; a) **simpl.**: factum esse, uti ab Aruernis Sequanisque Germani mercede arcesserentur: I 31, 4; — hi . . . regno expellere ⟨alios *add.* *O*⟩, alios arcessere uetere quodam Alexandrini exercitus instituto consuerant: 3,110,5; — arcessitum se a Senonibus et Carnutibus aliisque compluribus Galliae ciuitatibus: V 56,4; — qui (milites) paulo longius aggeris petendi causa processerant, (erant) arcessendi: II 20,1; — multi ex duabus legionibus, quae sunt traditae a Caesare, arcessuntur: 1, 3, 2.

b) unde: α) **ab**: ne . . . ea pars, quae minus sibi confideret, auxilia a Vercingetorige arcesseret: VII 33,1; — Caesar . . . mittit ad eas ciuitates . . . equitesque ab his arcessit et leuis armaturae pedites, qui: VII 65,4.

β) **ex**: (Veneti . . .) auxilia ex Britannia . . . arcessunt: III 9, 10; — ex legionibus fabros deligit et ex continenti alios arcessi iubet: V 11, 3; (1,3,2 *u.* **a**).)

γ) **inde**: inde auxilia ducesque arcessuntur: III 23,3.

c) quo: si legiones in prouinciam arcesseret: VII 6,3.

d) auxilio: Germanosque, qui auxilio ab Belgis arcessiti dicebantur, . . . prohibeat: III 11,2.

e) mercede: I 31,4 *u.* **a**).

ardeo: ardere Galliam tot contumeliis acceptis sub populi Romani imperium redactam: V 29,4; ¶ ut . . . simul omnes arderent ⟨in *add.* *af*⟩ cupiditate pugnandi: 3, 74,2; exposcentibus militibus et studio pugnae ardentibus tuba signum dedit: 3, 90, 4; ¶ etsi omnium animi ad ulciscendum ⟨adduliscendum *B*; adulescendum *M*; adolescentum *h*⟩ ardebant: VI 34, 7.

Arduenna: iis, qui per aetatem in armis esse non poterant, in siluam Arduennam abditis, quae ingenti magnitudine per medios fines Treuerorum a flumine Rheno ad initium Remorum pertinet: V 3,4; per Arduennam siluam, quae est totius Galliae maxima atque ab ripis Rheni finibusque Treuerorum ad Neruios ⟨Remos *Bergk*⟩ pertinet milibusque amplius quingentis ⟨*codd.*; *Aim.*; *cf. Strab. IV p. 194*; quinquaginta *Oros.*; centum et quinquaginta *Goeler*⟩ in longitudinem patet, L. Minucium Basilum cum omni equitatu praemittit: VI 29,4; quorum (Eburonum) pars in Arduennam siluam . . . profugit: VI 31,2; ipse (Caesar) cum reliquis tribus (legionibus) ad flumen † Scaldem ⟨*u.* *CC*⟩ . . . extremasque Arduennae partes ire constituit, quo . . . profectum Ambiorigem audiebat: VI 33,3.

arduus: nihil adeo arduum sibi esse ⟨*om.* β⟩ existimauerunt, quod non uirtute consequi possent: VII 47,3; ¶ qua minime arduus ad nostras munitiones ascensus uidebatur: II 33,2; erat uallis inter duas acies . . . non ita magna ⟨*Ciacc.*; magno *codd.*⟩, at ⟨*1 det.*; *Ciacc.*; aut *Oh*⟩ difficili et ⟨aut *O*⟩ arduo ascensu: 2, 34,1.

Arecomici (1, 35, 4 *in omnibus codd. uidetur exstare* arecomicorum; VII 7, 4 *in X est* aretomicis (*in B* aretcomicis); VII 64, 6 *in X* aremicorum (*in Q* aremicarum). *Cf. Glück p. 32*): praesidia in Rutenis prouincialibus, Volcis Arecomicis . . ., quae loca hostibus erant finitima, constituit: VII 7, 4; Rutenos Cadurcosque ad fines Volcarum Arecomicorum depopulandos mittit: VII 64, 6; quorum alter (Pompeius) agros Volcarum Arecomicorum . . . publice iis (Massiliensibus) concesserit: 1, 35, 4.

Arelate: naues longas Arelate numero XII facere instituit: 1, 36, 4; ad eas (naues), quae factae erant Arelate per Caesarem, captiuae Massiliensium accesserant sex: 2, 5, 1.

Aremoricus (*Codd. et edd. (praeter Dt.) habent* armoricae *utroque loco, sed u. Glück p. 29. 31 sqq.; Heller, Ph. 17, 272*): ab L. Roscio . . . (Caesar) certior factus est magnas Gallorum copias earum ciuitatum, quae Aremoricae appellantur, oppugnandi sui causa conuenisse neque . . .: V 53, 6; imperant . . . XXX (milia) uniuersis ciuitatibus, quae Oceanum attingunt quaeque eorum consuetudine Aremoricae appellantur, quo sunt in numero Curiosolites . . .: VII 75, 4; (Sedulius, dux et princeps Lemouicum ⟨β; remustum α; Lemouicum Armoricorum *coni. Schn.*⟩ occiditur: VII 88, 4.)

arena *u.* **harena.**

argentum: matres familiae de muro uestem argentumque iactabant: VII 47, 5; ¶ ciues Romanos eius prouinciae sibi ad rem publicam administrandam HS CLXXX et argenti pondo ⟨*O*; p. *v*⟩ XX milia . . . polliceri coegit: 2, 18, 4; — in castris Pompei uidere licuit . . . magnum argenti pondus expositum: 3, 96, 1; ¶ haec (cornua urorum) studiose conquisita ab labris argento circumcludunt: VI 28, 6.

argilla: feruentes fusili ⟨fusilis *C. Wagener*⟩ ex argilla glandes fundis . . . iacere coeperunt: V 43, 1.

argumentum: alii, quod pridie noctu conclamatum esset *(in)* Caesaris castris, argumenti sumebant loco non posse clam exiri: 1, 67, 2.

(**Aricia:** duae sunt Albae, alia ista, quam nouimus in † Aricia ⟨Marsia *coni. Np.*⟩ et alia hic in Italia ⟨Latio *coni. Np.*⟩: *ap. Pomp. comm. art. Don. (gramm. Lat. V p. 144 ed. Keil).*)

aridus: alii faces atque aridam materiem ⟨materiam β⟩ de muro . . . iaciebant: VII 24, 4.

cum illi aut ex arido aut paulum in aquam progressi . . . tela conicerent: IV 24, 3; — longas naues . . ., quas in aridum subduxerat: IV 29, 2; — simul (nostri) in arido constiterunt: IV 26, 5.

aries. A. (*Cf. Goel. II 260. 262 sq.*): si, prius quam murum aries attigisset, se dedidissent: II 32, 1; — quod et ab incendio lapis et ab ariete materia defendit: VII 23, 5.

B.: quae (sublicae) pro ariete ⟨pariete *3 dett.; Vict.*⟩ subiectae . . . uim fluminis exciperent: IV 17, 9.

Ariminum: cognita militum uoluntate Ariminum (Caesar) cum ea (*i. e.* XIII.) legione proficiscitur ibique tribunos plebis, qui ad eum confugerant, conuenit: 1, 8, 1; *cf. quae seqq.;* Caesar . . . Arimino excederet, exercitus dimitteret: 1, 10, 3; erat iniqua condicio postulare, ut Caesar Arimino excederet atque in prouinciam reuerteretur, ipsum et prouincias et legiones alienas tenere: 1, 11, 1; ab Arimino M. Antonium cum cohortibus V Arretium mittit; ipse Arimini cum duabus [legionibus] subsistit ibique dilectum habere instituit: 1, 11, 4; Curionem cum tribus cohortibus, quas Pisauri et Arimini ⟨*Od. recc.;* arimino *z*⟩ habebat, mittit (Iguuium): 1, 12, 1.

Ariobarzanes: ex quibus (equitibus) DC Gallos Deiotarus adduxerat, D Ariobarzanes ex Cappadocia: 3, 4, 3.

Ariouistus. *In codd. semper fere scriptum est* ariouistus; *sed* I 31, 15. 16 *A habet* ario iustus; ariouixtus IV 16, 7 *inuenitur in ABM*, V 29, 3 *in AQB²*, VI 12, 2 *in A;* ariobixtus VI 12, 2 *est in BM;* anouistus V 55, 2 *in Q¹*.

peius . . . Sequanis . . . accidisse, propterea quod Ariouistus, rex Germanorum, in eorum finibus consedisset . . .: I 31, 10; Ariouistum ⟨ariouistus *Mβ*⟩ autem, ut semel Gallorum copias proelio uicerit, . . . superbe et crudeliter imperare . . .: I 31, 12; haec si enuntiata Ariouisto sint, non dubitare, quin de omnibus obsidibus . . . grauissimum supplicium sumat: I 31, 15; Caesarem . . . Galliam omnem ab Ariouisti iniuria posse defendere: I 31, 16; quod (Sequani) . . . absentis Ariouisti crudelitatem uelut si coram adesset horrerent: I 32, 4; qui (Sequani) intra fines suos Ariouistum recepissent, . . .: I 32, 5; hi (Sequani) . . . Germanos atque Ariouistum sibi adiunxerant: VI 12, 2; magnam se (Caesarem) habere spem et beneficio suo et auctoritate adductum Ariouistum finem iniuriis facturum: I 33, 1; eorum (*i. e.* Haeduorum) obsides esse apud Ariouistum ac Sequanos intellegebat: I 33, 2; ipse autem Ariouistus tantos

sibi spiritus, tantam adrogantiam sumpserat, ut ferendus non uideretur: I 33, 5; quam ob rem placuit ei (Caesari), ut ad Ariouistum legatos mitteret . . .: I 34, 1; ei legationi Ariouistus respondit . . .: I 34, 2; (iterum ad eum Caesar legatos cum his mandatis misit . . .: I 35, 1;) ad haec Ariouistus respondit: I 36, 1; sese (Haeduos) ne obsidibus quidem datis pacem Ariouisti redimere potuisse: I 37, 2; si noua manus Sueborum cum ueteribus copiis Ariouisti sese coniunxisset: I 37, 4; magnis itineribus ad Ariouistum (Caesar) contendit: I 37, 5; nuntiatum est ei Ariouistum cum suis omnibus copiis ad occupandum Vesontionem . . . contendere . . .: I 38, 1; non se hostem uereri, sed . . . magnitudinem siluarum, quae intercederent inter ipsos atque Ariouistum (quae inter eos atque ariouistum intercederent $B^2\beta$): I 39, 6; Ariouistum se consule cupidissime populi Romani amicitiam adpetisse . . .: I 40, 2; diuturnitate belli defètigatis Gallis Ariouistum . . . magis ratione et consilio quam uirtute uicisse . . .: I 40, 8; certior factus est Ariouisti copias a nostris milibus passuum quattuor et uiginti abesse: I 41, 5; cognito Caesaris aduentu Ariouistus legatos ad eum mittit . . .: I 42, 1; interim saepe ultro citroque cum legati inter eos mitterentur, Ariouistus postulauit, ne . . .: I 42, 4; hic locus aequo fere spatio ab castris Ariouisti et Caesaris (ab castris utriusque β) aberat . . .: I 43, 1; item equites Ariouisti pari interuallo constiterunt: I 43, 2; Ariouistus ex equis ut conloquerentur . . . postulauit . . .: I 43, 3; Ariouistus ad postulata Caesaris pauca respondit, de suis uirtutibus multa praedicauit . . .: I 44, 1; neque se iudicare Galliam potius esse Ariouisti quam populi Romani: I 45, 1; Caesari nuntiatum est equites Ariouisti propius tumulum accedere: I 46, 1; qua adrogantia in conloquio Ariouistus usus omni Gallia Romanis interdixisset . . .: I 46, 4; biduo post Ariouistus ad Caesarem legatos mittit (misit β) . . .: I 47, 1; commodissimum uisum est C. Valerium Procillum et propter fidem et propter linguae Gallicae scientiam, qua multa iam Ariouistus longinqua consuetudine utebatur (quorum amicitia iam ariouistus (ar. iam a) longinqua (longa h) consuetudine utebatur, et propter fidem et propter linguae gallicae scientiam $B^2\beta$) . . . ad eum mittere et M. Metium, qui hospitio Ariouisti utebatur: I 47, 4; his mandauit, ut quae diceret Ariouistus cognoscerent et ad se referrent: I 47, 5; quos cum apud se in castris Ariouistus conspexisset, . . . conclamauit . . .: I 47, 6; aciem instructam habuit, ut, si uellet Ariouistus proelio contendere, ei potestas non deesset: I 48, 3; Ariouistus his omnibus diebus exercitum castris continuit, equestri proelio cotidie contendit: I 48, 4; . . . eo circiter hominum numero sedecim milia expedita cum omni equitatu Ariouistus misit: I 49, 3; tum demum Ariouistus partem suarum copiarum, quae castra minora oppugnaret, misit: I 50, 2; solis occasu suas copias Ariouistus multis et inlatis et acceptis uulneribus in castra reduxit: I 50, 3; cum ex captiuis quaereret Caesar, quam ob rem Ariouistus proelio non decertaret, hanc reperiebat causam: I 50, 4; in his fuit Ariouistus, qui nauiculam deligatam ad ripam nactus ea profugit: I 53, 3; duae fuerunt Ariouisti uxores . . .: I 53, 4; tantum esse nomen atque opinionem eius exercitus Ariouisto pulso: IV 16, 7; magno esse Germanis dolori Ariouisti mortem (sortem *Clurerius*): V 29, 3; se bis expertos . . ., Ariouisti (ariouisto BM^1; ariouistico M^2) bello et Tencterorum transitu: V 55, 2.

Aristius: M. Aristium, tribunum militum, iter ad legionem facientem fide data ex oppido Cabillono educunt; . . . hos . . .: VII 42, 5; nuntio allato omnes eorum milites in potestate Caesaris teneri concurrunt ad Aristium . . .: VII 43, 1.

arma. 1. propr.; A. nauium = armamenta: circiter CCXX naues eorum paratissimae atque omni g e n e r e a r m o r u m ornatissimae . . . constiterunt: III 14, 2.

B. militum: a) subiect.: nec iam arma nostris nec uires s u p p e t u n t: VII 85, 6.

b) obiect.: a b i c i o arma (*4 locis*) *u.* **abicio A.** *p. 43;* ¶ armis obsidibusque a c c e p t i s Crassus . . . profectus est: III 23, 1; ¶ nostri repentina fortuna permoti arma, quae possunt, a r r i p i u n t: 2, 14, 3; ¶ non prius . . ., quam ab his sit concessum, arma uti c a p i a n t (ut copiam faciant β) et ad castra contendant: III 18, 7; nostri celeriter arma ceperunt eosque in siluas reppulerunt: III 28, 4; neque consilii habendi neque arma capiendi spatio dato: IV 14, 2; qui celeriter arma capere potuerunt, paulisper nostris restiterunt: IV 14, 4; cum celeriter nostri arma cepissent uallumque ascendissent: V 26, 3; (Baculus) capit arma a proximis atque in porta consistit: VI 38, 2; hortatur, ut communis libertatis causa arma capiant: VII 4, 4; clamore sublato arma capere, portas claudere, murum complere coeperunt: VII 12, 5; cum Graecos murum ascendere atque arma capere iuberet: 3, 11, 3. 4; quod conuentus arma ceperat atque eum hostis loco habendum existimabat: 3, 21, 5; ¶ c e l o: II 33, 2 *u.* **c)** cum; ¶

cum . . . signa eius militaria atque arma Capuae essent comprensa ⟨compressa O¹? hl⟩: 3, 21, 5; ¶ missis . . . legatis de deditione arma conferri ⟨proferri β⟩, iumenta produci, sescentos obsides dari iubet: VII 11, 2; ut celeritate reliquas res conficeret . . ., arma conferri ⟨proferri β⟩, equos produci, obsides dari iubet: VII 12, 3; arma omnia priuata ac publica in domum Gallonii contulit: 2, 18, 2; his (obsidibus) traditis omnibusque armis ex oppido conlatis . . . peruenit: II 15, 2; — quod non ab initio fecerint armaque ⟨arma qui *a*; arma *f*; arma quod *Ohl*⟩ cum hominibus necessariis et consanguineis contulerint queruntur: 1, 74, 2; ¶ quod omnem apparatum belli, tela, arma, tormenta ibi conlocauerat: 3, 41, 1; ¶ centurionibus et paucis militibus intromissis, qui arma iumentaque conquirerent: VII 12, 4; ¶ meridiano tempore, cum alius discessisset, alius . . . quieti se dedisset, arma uero omnia reposita contectaque essent: 2, 14, 1; ¶ dispersos depositis armis in metendo occupatos subito adorti: IV 32, 5; depositis armis auxiliisque, quibus nunc confiderent, necessario populi senatusque iudicio fore utrumque contentum: 3, 10, 9; alii . . . depositis in contubernio armis uallum relinquebant: 3, 76, 2; ¶ (ut, cum Caesar . . . consistere iuberet, alii † dimissis equis ⟨dimissis armis *Bähr; missis armis C. Fleischer; u. CC*⟩ eundem cursum † confugerent: 3, 69, 4;) ¶ (efficio: VII 4, 8 *u.* c) *extr.*;) ¶ (eligo: 3, 84, 3 *u.* muto;) ¶ Caesar celeriter sarcinas conferri, arma expediri iussit: VII 18, 4; ¶ qui numerus domo exisset eorum, qui arma ferre possent, et item separatim pueri, senes mulieresque: I 29, 1; (summa erat . . .) ex his qui arma ferre possent ad milia nonaginta duo: I 29, 2; uix ad quingentos, qui arma ferre possent, sese redactos esse dixerunt: II 28, 2; omnes, qui arma ferre possent, unum in locum conuenirent: IV 19, 2; omnesque, qui per aetatem arma ferre possint, ad bellum cogant: VII 71, 2; non omnes eos, qui arma ferre possent, . . . conuocandos statuunt: VII 75, 1; ne . . . contra eos arma ferrent, qui eadem essent usi fortuna: 2, 28, 3; sese . . . contra ciuem et consulem arma non laturos: 3, 31, 4; ¶ tota Italia dilectus habentur, arma imperantur: 1, 6, 8; frumentum, milites, arma, remiges tormenta, uecturae imperabantur: 3, 32, 2; ¶ qui *(ex)* acie refugerant milites . . . missis plerique armis signisque militaribus: 3, 95, 3; (3, 69, 4 *u.* dimitto;) ¶ ut . . . adulescentes atque expeditos ex antesignanis electos mutatis ⟨el. mut. *Madu.*; electis milites *codd.*; electis [milites] *Np.; edd.*⟩ ad pernicitatem armis inter equites proeliari iuberet: 3, 84, 3; ¶ si sese interfici nollent, arma ponere iusserunt: IV 37, 1; ¶ Caesar . . . obsides, arma, seruos, qui ad eos perfugissent, poposcit: I 27, 3; ¶ Massilienses arma tormentaque ex oppido proferunt: 2, 22, 5; (VII 11, 2; 12, 3 *u.* confero;) ¶ Haedui manus tendere . . . et proiectis armis mortem deprecari incipiunt: VII 40, 6; Vercingetorix deditur, arma proiciuntur: VII 89, 4; ut paene omnes . . . signa relinquerent, complures arma proicerent ac fugae simile iter uideretur: 3, 13, 2; Caesar . . . omnes . . . arma proicere iussit: 3, 98, 1; ¶ repono: 2, 14, 1 *u.* contego; ¶ retineo: II 33, 2 *u.* c) cum; ¶ ut bracchia modo atque umeri ad sustinenda arma liberi ab aqua esse possent: VII 56, 4; ¶ ne armis traditis supplicio adficerentur: I 27, 4; reliquos omnes obsidibus, armis, perfugis traditis in deditionem accepit: I 28, 2; armisque omnibus ex oppido traditis in deditionem Suessiones accepit: II 13, 1; a quibus se defendere traditis armis non possent: II 31, 5; deditionis nullam esse condicionem nisi armis traditis: II 32, 2; qua re impetrata arma tradere iussi faciunt: III 21, 3; iubet arma tradi, principes produci: VII 89, 3; saxa . . . iter impediebant, ut arma per manus necessario traderentur: 1, 68, 2.

c) gen.: ut prope summam muri aggerisque altitudinem acerui armorum adaequarent: II 32, 4; — intellectum est nostros propter grauitatem armorum ⟨armaturae β⟩ . . . minus aptos esse ad huius generis hostem: V 16, 1; — leuitate armorum et cotidiana exercitatione nihil iis noceri posse ⟨*u. CC*⟩: V 34, 4; — armorum magna multitudine de muro in fossam . . . iacta: II 32, 4; — armorum officinas in urbe instituerant: 1, 34, 5; — militibus . . . magno et graui onere armorum oppressis ⟨pressis β⟩: IV 24, 2; — hi similitudine armorum uehementer nostros perterruerunt: VII 50, 2; ¶ certum numerum militum ad se celeriter adduci iubet; armorum ⟨*aut* armatorum *scribendum aut* armorum *delendum censet Vielh.*⟩ quantum quaeque ciuitas domi quodque ante tempus efficiat constituit: VII 4, 8.

d) abl.: conclamat omnis multitudo et suo more armis concrepat, quod facere in eo consuerunt, cuius orationem adprobant: VII 21, 1; — quoniam . . . armis congressi ac superati essent: I 36, 3; — cum his Haeduos eorumque clientes semel atque iterum armis contendisse: I 31, 6; sese in eius fidem ac

potestatem uenire neque contra populum Romanum armis contendere: II 13, 2; neque tamen (Germanos) recusare, si lacessantur, quin armis contendant: IV 7, 3; non numquam etiam armis de principatu contendunt: VI 13, 9; — cum id agerent, ne ciues cum ciuibus armis decertarent: 3, 19, 2; — erat manus certa nulla, non oppidum, non praesidium ⟨Q^2 *b;* praedium *X*⟩, quod se armis defenderet: VI 34, 1; — tantaque inter eos dissensio exsistit, ut manum conserere atque armis dimicare conentur: 1, 20, 4; — sibi placere regem Ptolomaeum atque . . . Cleopatram . . . de controuersiis iure apud se potius quam inter se armis disceptare: 3, 107, 2; — cum ciuitas ob eam rem incitata armis ius suum exsequi conaretur: I 4, 3; — nouum . . . introductum exemplum queritur, ut tribunicia intercessio armis ⟨ab iis *Ciacc.*⟩ notaretur ⟨uetaretur *Madu.*⟩ atque ⟨potestas *add. Hell.*⟩ opprimeretur, quae ⟨a quibus *Ciacc.*⟩: 1, 7, 2; — quae (tela) ille obtectus armis (= *scutis*) militum uitauit: 3, 19, 6; — patiantur eos (agros) tenere, quos armis possederint: IV 7, 4; — (restituo: 1, 7, 2 *u.* e) sine; — ueto: 1, 7, 2 *u.* noto;) ¶ confido: 3, 10, 9 *u.* b) depono; ¶ ne se armis despoliaret: II 31, 4; — sic omnibus hostium copiis fusis armisque exutis: III 6, 3; magnumque ex iis numerum occidit atque omnes armis exuit: V 51, 5.

e) c. **praep.** (ab): id se a ⟨e *A; om. M²Q*⟩ Gallicis armis atque insignibus cognouisse: I 22, 2; — si ab armis discedere uelint, se adiutore utantur: V 41, 8; ipsi exercitus dimittant, discedant in Italia omnes ⟨omn. i. it. *hl*⟩ ab armis: 1, 9, 5; fore, ut aequis condicionibus ab armis discedatur: 1, 26, 4; si illo auctore atque agente ab armis sit discessum: 1, 26, 4; debere utrumque . . . ab armis discedere neque amplius fortunam periclitari: 3, 10, 3; summam *(suam)* esse ac fuisse semper uoluntatem, ut componeretur atque ab armis discederetur: 3, 16, 4.

(multis utrimque interfectis maiorem multitudinem armatorum ⟨ad arma *β; Schn.*⟩ concitant: VII 42, 6;) — ueniri ad se confestim existimantes ad arma conclamant: VII 70, 6; conclamatur ad arma, atque omnes copiae . . . exeunt: 1, 69, 4; — (erat) uexillum proponendum [quod erat insigne, cum ad arma concurri oporteret]: II 20, 1; cum ad arma milites concurrissent uehementerque ibi pugnatum esset: III 22, 4; nostri celeriter ad arma concurrunt, uallum conscendunt: V 39, 3; cognito eius consilio ad arma concurritur: VII 4, 2; — qua uoce et quo senatus consulto populus Romanus ad arma sit uocatus: 1, 7, 5.

partim cum iis ⟨cum his *codd.;* sumptis *Hug*⟩, quae retinuerant et celauerant, armis, partim scutis ex cortice factis . . . eruptionem fecerunt: II 33, 2.

duas legiones in armis excubare iubet: VII 11, 6; — milia enim XX in armis habebat: 3, 110, 1; — prima et secunda acies in armis, ut ab initio constituta erat, permanebat: 1, 41, 4; — primam et secundam aciem in armis esse, tertiam castra munire iussit: I 49, 2; nostri . . . ut impeditos adgrederentur, parati in armis erant: II 9, 1; hi rursus in uicem anno post in armis sunt, illi domi remanent: IV 1, 5; qui per aetatem in armis esse non poterant: V 3, 4; milites tamen omnes in armis esse iussit ⟨iuss. esse *h*⟩: 3, 109, 3; — reliquos omnes Belgas in armis esse: II 3, 4; cum ab his quaereret, quae ciuitates quantaeque in armis essent: II 4, 1; quod omni Gallia pacata Morini Menapiique supererant, qui in armis essent ⟨erant *A*⟩: III 28, 1; omnem esse in armis Galliam ⟨o. gall. esse i. a. *β*⟩: V 41, 3; cum undique bellum parari uideret, Neruios, Aduatucos, [ac] Menapios adiunctis Cisrhenanis omnibus Germanis esse in armis: VI 2, 3; ciuitatem esse omnem in armis; diuisum senatum, diuisum populum: VII 32, 5; tota Italia dilectus haberi, . . . ciuitatem esse in armis: 1, 9, 4; ¶ reliquas legiones in armis expeditas contra hostem constituit: 1, 42, 1; ¶¶ Germani, exercitatissimi in armis, qui inter annos XIIII tectum non subissent: I 36, 7; neque multum Albici nostris uirtute cedebant, homines asperi et montani et exercitati in armis: 1, 57, 3; ¶¶ (Germanos) incredibili uirtute atque exercitatione in armis esse praedicabant: I 39, 1.

tribunicia intercessio . . . , quae superioribus annis *sine ⟨*om. codd.; add. Hot.; u. CC*⟩ armis ⟨*unc. incl. Dt.*⟩ esset restituta ⟨quae sup. ann. arm. e. rest. *unc. incl. Np., Db.*⟩: 1, 7, 2.

Caesar intra hanc fossam legiones reducit atque ibi sub armis proxima nocte conquiescit: 1, 41, 6; — ibi paulisper sub armis moratus facit . . . pugnandi potestatem: 1, 41, 2.

2. trsl.: Pompeius in suas prouincias proficisceretur, ne qua ⟨neque *O*⟩ esset armorum causa: 1, 2, 3; — rem ad arma deduci studebat: 1, 4, 5; — ne tanta et tam coniuncta populo Romano ciuitas . . . ad uim atque arma descenderet ⟨*β*; discederet *α*⟩: VII 33, 1; *cf.* **A. e)** discedere ab armis; esse in armis.

Dubia: pauci ⟨paucis *O*⟩ ex his militibus †

arma in flumine ⟨z; ablati flumine *Db.*; arrepti in flumine *O*; ui fluminis abrepti *Ald.*; abr. ui fl. *Np.*, *Dt.*⟩ ab equitatu excipiuntur: 1, 64, 7; (Caesar . . . quadrigas . . . pluratiuo semper numero dicendas putat, sicut [circa] arma et moenia et comitia et inimicitias: *ap. Gell.* XIX 8, 4.)

Adiect.: (ea: II 33, 2 *u.* **1. B. e)** cum;) Gallica: I 22, 2 *u.* **1 B. c)** ab; omnia: 2, 18, 2 *u.* **1. B. b)** confero; II 15, 2 *ib.*; 2, 14, 1 *ib.* contego; II 13, 1 *ib.* trado; priuata: 2, 18, 2 *u. ib.* confero; publica *ib.*

armamenta: funibus, ancoris reliquisque armamentis amissis: IV 29, 3; — ut . . . his (uelis armamentisque) ereptis omnis usus nauium uno tempore eriperetur: III 14, 7; ¶ qui (remiges et gubernatores) repente ex onerariis nauibus erant producti nequedum etiam uocabulis armamentorum ⟨armentorum *O¹hl*⟩ cognitis: 1, 58, 3; ¶ parum clauis aut materia atque armamentis instructis (nauibus) ad reliquas armandas reficiendasque utuntur: 1, 36, 2; ¶ cum omnis Gallicis nauibus spes in uelis armamentisque consisteret: III 14, 7.

armatura. *De uerbis* leuis armatura *u. Schambach, Pr. Mühlhausen i. Th. 1881 p. 27.*

(propter grauitatem armorum ⟨armaturae β⟩: V 16, 1 *u.* **arma 1. B. e)**;**)** — naues, quas demonstrauimus aggere et leuis armaturae militibus completas: 3, 62, 3; — primum sagittariis funditoribusque circumiectis, postea leuis armaturae magna multitudine missa: 3, 45, 3; — magnum numerum leuis armaturae et sagittariorum . . . in scaphas . . . imponit: 3, 62, 2; — **(**Scipio . . . equitum ⟨*Np.*; equitatum *codd.*⟩ magnam ⟨*f*; magnamque *rell.*⟩ partem ⟨leuis armaturae *add. edd. ante Np.*⟩ ad explorandum iter Domitii praemisit: 3, 38, 2; —**)** equites nostri leuisque armaturae pedites, . . . cum se in castra reciperent, aduersis hostibus occurrebant: II 24, 1; equitesque ab his arcessit et leuis armaturae pedites, qui inter eos proeliari consuerant: VII 65, 4; ¶ Caesar Germanos leuis armaturae equitumque partem flumen traicit: 1, 83, 5; — qui erant frumentandi causa progressi, hos leuis armaturae Lusitani peritique earum regionum caetrati . . . consectabantur: 1, 48, 7; — (Caesar) omnem equitatum et leuis armaturae Numidas, funditores sagittariosque pontem traducit: II 10, 1; ¶ P. Attii equitatus omnis et una leuis armaturae ⟨*Ald.*; armatura et *codd.*⟩ interiecti complures, cum se in uallem demitterent, cernebantur: 2, 34, 2; — Galli inter equites raros sagittarios expeditosque leuis armaturae interiecerant, qui: VII 80, 3; ¶ qui una procurrerant leuis armaturae ⟨*O*; armatura *z*⟩ circumueniebantur atque interficiebantur ab nostris: 2, 34, 3.

armo. A. naues: ipsorum naues ad hunc modum factae armataeque erant: III 13, 1; ea, quae sunt usui ad armandas naues, ex Hispania adportari iubet: V 1, 4; parum clauis aut materia atque armamentis instructis (nauibus) ad reliquas armandas reficiendasque utuntur: 1, 36, 2; quibus (nauibus) effectis armatisque diebus ⟨armatisque diebus *om. hl*⟩ XXX: 1, 36, 5; Massilienses . . . ueteres . . . naues refecerant summaque industria armauerant: 2, 4, 1.

B. homines: duas in stationem cohortes ⟨*om.* β⟩ succedere, reliquas armari et confestim sese subsequi iussit: IV 32, 2; — armat familiam: 1, 75, 2; — duobusque milibus hominum armatis . . . Pelusium peruenit: 3, 103, 1; — Caesar scalas parari militesque armari iubet, ne quam rei gerendae facultatem dimittat: 1, 28, 2; — seruos, pastores armat atque iis equos attribuit: 1, 24, 2; ¶ ut quam minimum spatii ad se colligendos armandosque ⟨armandosque *om.* β⟩ Romanis daretur: III 19, 1; — qui Auarico expugnato refugerant, armandos uestiendosque curat: VII 31, 3.

armatus ptc.; **A. ui adiect.**: tantus exercitus clamor . . . exauditus est, ut in muris armata ciuitas discurreret: 3, 105, 3; — armatum concilium indicit: V 56, 1; — in omnibus collibus expositas hostium copias armatas conspexit: IV 23, 2; — Cotta se ad armatum hostem iturum negat: V 36, 1; non esse consuetudinem populi Romani accipere ab hoste armato condicionem: V 41, 7; ut . . . redintegrarent. tum calones perterritos hostes conspicati etiam inermes armatis occurrerunt ⟨occurrerent β; *Schn.*, *Np.*⟩: II 27, 1; — hos posse conficere armata milia centum: II 4, 5; (Suessiones) polliceri milia armata quinquaginta: II 4, 7; haec ⟨hae *BMf*; *Np.*, *Schn.*, *Fr.*⟩ erant armata ⟨armatae *z*; *Schn.*, *Fr.*, *Hold.*⟩ circiter milia LX: V 49, 1; — quo lege communi omnes puberes ⟨et *add. z*⟩ armati conuenire consuerunt ⟨coguntur β⟩: V 56, 2; ¶ quod quos aliquamdiu inermos sine causa timuissent, hos postea armatos ac uictores superassent: I 40, 6; — missis ad eos . . . equitibus . . . circiter CCCC quique eos armati ex praesidio secuti sunt: 3, 28, 6.

B. ui subst.: ex quibus (centum pagis) quotannis singula milia armatorum bellandi causa . . . educunt: IV 1, 4; — cum . . . iam omnia

fere superiora loca multitudine armatorum completa conspicerentur: III 3, 2; maiorem multitudinem armatorum (ad arma β; *Schn.*) concitant: VII 42, 6; ¶ Metropolitae . . . portas clauserunt murosque armatis compleuerunt: 3, 81, 1.

Armoricus *u.* **Aremoricus.**

arpago *u.* **harpago.**

Arpineius: V 28, 1 arpineius *exstat in Ba²;* arpineus in *AQM;* V 27, 1 *in α* (gaius) carpineius; *in β utroque loco* arpinius.

mittitur ad eos conloquendi causa C. Arpineius, eques Romanus, familiaris Q. Titurii, et Q. Iunius . . ., qui iam ante missu Caesaris ad Ambiorigem uentitare consuerat (consuerunt *M;* consueuerant β): V 27, 1; Arpineius et Iunius quae audierunt (audierant β; *Fr.*) ad legatos deferunt: V 28, 1.

Arretium: (Caesar) ab Arimino M. Antonium cum cohortibus V Arretium mittit: 1, 11, 4.

arripio: nostri repentina fortuna permoti arma, quae possunt, arripiunt: 2, 14, 3; ¶ ut . . . quae quisque eorum carissima haberet, ab impedimentis petere atque arripere (abripere *hik*) properaret: V 33, 6; (1, 64, 7 *u.* **arma** *extr.*)

arrogans: ne aut ingratus in referenda gratia aut arrogans in praeripiendo populi beneficio uideretur: 3, 1, 6.

arroganter: qui suum timorem in rei frumentariae simulationem angustiasque itineris conferrent, facere arroganter (adroganter *A*), cum . . . uiderentur (auderent *B²β*): I 40, 10.

arrogantia. Adrogantia I 46, 4; VII 52, 3; I 33, 5 *exstat in X* (*sed* I 33, 5 *B¹ habet* arrog.); *reliquis locis* arrogantia *uidetur in codd. esse.*

quanto opere eorum animi magnitudinem admiraretur . . ., tanto opere licentiam adrogantiamque reprehendere: VII 52, 3; — Ariouistus tantos sibi spiritus, tantam adrogantiam sumpserat, ut ferendus non uideretur: I 33, 5; ¶ unius arrogantiae, superbiae dominatuque: *in Anticatone ap. Gell.* IV 16, 8; ¶ accidisse igitur his, quod plerumque hominum (-ibus *O*) nimia pertinacia atque arrogantia accidere soleat, uti: 1, 85, 4; — stulta ac barbara arrogantia elati despiciebant suos: 3, 59, 3; — elatum est, qua adrogantia in conloquio Ariouistus usus (*del. van der Mey*) omni Gallia Romanis interdixisset impetumque (*ut*) in nostros eius equites fecissent: I 46, 4.

ars: hunc (Mercurium) omnium inuentorem artium (Galli) ferunt: VI 17, 1.

artic(u)lus: (alces) crura sine nodis articlisque (α; articulisque *Q²β; Schn., Fr., Db.*) habent: VI 27, 1.

artificium: habent opinionem, . . . Mineruam operum atque artificiorum initia (inicium *AQ*) tradere: VI 17, 2; ¶¶ diductisque nostris paulatim nauibus et (*om. h; Np., Db.*) artificio gubernatorum et (*E. Hoffm., Dt.; om. codd.; Np.*) mobilitati nauium locus dabatur: 2, 6, 2; ¶ non uirtute neque in acie uicisse Romanos, sed artificio quodam et scientia oppugnationis: VII 29, 2; — quorum artificiis (-ficis *M¹*) effectum est, ut res publica in hunc statum perueniret: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 C. 2; ¶ ab scientia gubernatorum atque artificiis (*a corr.;* artificis *rell.*) ad uirtutem montanorum confugiebant: 1, 58, 2.

artus: carros impedimentaque sua in artiores siluas abdiderunt: VII 18, 3.

arte: ut . . . paribus intermissis spatiis (trabes) singulae singulis saxis interiectis arte contineantur: VII 23, 3; — ut, quo maior uis aquae se incitauisset, hoc artius (tigna) inligata (ligata β) tenerentur: IV 17, 7; — (ut ne magna quidem multitudine, si ita accidat, † eius discessu (artius obsessa *Hell.;* u. *CC*) munitionum praesidia circumfundi possent: VII 74, 1.)

Arudes *u.* **Harudes.**

Aruernus. *Codd. semper fere exhibent* aruerni; *sed* auernis *est in B¹* I 31, 4; arueunorum *in A* VII 3, 3; 8, 2: aruenorum *in AB¹* VII 75, 2; *in A¹* VII 64, 6.

A. signif. populum; a) uniuersum: bello superatos esse Aruernos et Rutenos ab Q. Fabio Maximo: I 45, 2; harum (factionum) alterius principatum tenere Haeduos, alterius Aruernos: I 31, 3; hi cum . . . inter se . . . contenderent; factum esse, uti ab Aruernis Sequanisque Germani mercede arcesserentur: I 31, 4; quae Cenabi oriente sole gesta essent, ante primam confectam uigiliam in finibus Aruernorum audita sunt: VII 3, 3; *cf. c.* 4; (Biturigibus) id consilii fuisse . . ., ut . . . una ex parte ipsi, altera Aruerni se circumsisterent: VII 5, 5; Bituriges eorum discessu statim (se *add.* β) cum Aruernis iunguntur (coniungunt β): VII 5, 7; Lucterius Cadurcus in Rutenos missus eam ciuitatem Aruernis conciliat: VII 7, 1; qui (Heluii) fines Aruernorum contingunt: VII 7, 5; mons Cebenna, qui Aruernos ab Heluiis discludit: VII 8, 2; (Caesar) discussa niue . . . ad fines Aruernorum peruenit: VII 8, 2; *cf.* § 3; quem (Vercingetorigem) perterriti omnes Aruerni circumsistunt atque obsecrant, ut . . .: VII 8, 4; *cf.* § 5; 9, 1. 2; priusque omnes (legiones) in unum

locum cogit, quam de eius aduentu Aruernis nuntiari posset: VII 9, 5; Conuictolitauis Haeduus sollicitatus ab Aruernis pecunia: VII 37, 1; equites Haeduorum interfectos, quod conlocuti cum Aruernis dicerentur: VII 38, 5; quasi uero . . . non necesse sit . . . cum Aruernis nosmet coniungere: VII 38, 7; Gabalos proximosque pagos Aruernorum in Heluios . . . mittit: VII 64, 6; imperant . . . milia XXXV; parem numerum Aruernis adiunctis Eleutetis, Cadurcis, Gabalis, Vellauiis, qui sub imperio Aruernorum esse consuerunt: VII 75, 2; (Critognatus) summo in Aruernis ortus loco: VII 77, 3; reseruatis Haeduis atque Aruernis, si per eos ciuitates reciperare posset: VII 89, 5; legati ab Aruernis missi quae imperaret se facturos pollicentur: VII 90, 2; captiuorum circiter XX milia Haeduis Aruernisque reddit: VII 90, 3.

b) singulos: Vercingetorix, Celtilli filius, Aruernus: VII 4, 1; Vercassiuellauno Aruerno, . . summa imperii traditur: VII 76, 3; his copiis Vercassiuellaunum Aruernum . . . praeficiunt: VII 83, 6; Vercassiuellaunus Aruernus ⟨aruernorum β⟩ uiuus in fuga comprehenditur: VII 88, 4.

B. fines Aruern.: (Vercingetorix) castra ex Biturigibus mouet in ⟨β; per α; *om. Fr., Db.*⟩ Aruernos uersus: VII 8, 5; sex (legiones) ipse in Aruernos ad oppidum Gergouiam . . . duxit: VII 34, 2; hostium copiae ex Aruernis equitesque, qui toti Galliae erant imperati, conueniunt: VII 66, 1.

arundo *u.* **harundo.**

arx: (Pompeius) cognoscit consensu omnium Antiochensium . . . arcem ⟨*Nl;* aram *adh;* arcem aram *O*⟩ captam esse excludendi sui causa: 3, 102, 6; — hunc (montem) murus circumdatus arcem efficit: I 38, 6; — munire: 3, 12, 1 *u. infra* in arcem; ¶ ita minora castra inclusa maioribus castelli ⟨-lis *ah*⟩ atque arcis locum obtinebant: 3, 66, 5; theatrum coniunctum domui, quod arcis tenebat locum: 3, 112, 8; ¶ quae (spatii pars) ad arcem pertinet: 2, 1, 3; — Vercingetorix ex arce ⟨parte β⟩ Alesiae suos conspicatus ex oppido egreditur: VII 84, 1; — L. Staberius . . . aquam comportare in arcem ⟨arce *a; Np.*⟩ atque eam munire . . . coepit: 3, 12, 1; deductis tribus in arcem oppidi cohortibus a Varrone praesidio: 2, 19, 5.

ascendo. (*Cf.* **adscisco** I. *p. 178.*) **A. absol.:** quod (equitatus Caesaris) angusto itinere per aggeres ascendebat: 3, 69, 2; si mons erat ascendendus, facile ipsa loci natura periculum repellebat, quod ex locis superioribus qui antecesserant suos ascendentes protegebant: 1, 79, 2.

B. alqd: de tertia uigilia T. Labienum . . . cum duabus legionibus et iis ducibus, qui iter cognouerant, summum iugum montis ascendere iubet: I 21, 2; ¶ quod montem gladiis destrictis ascendissent (nostri): 1, 47, 3; 1, 79, 2 *u. A.*; ¶ iis, qui primi murum ascendissent ⟨excendissent β; escendissent *Goel.*⟩, praemia proposuit: VII 27, 2; neque (se) commissurum, ut prius quisquam murum ascenderet: VII 47, 7; L. Fabius centurio . . . tres suos nactus manipulares atque ab iis subleuatus murum ascendit: VII 47, 7; L. Fabius centurio quique una murum ascenderant ⟨escend. *h*⟩ circumuenti atque interfecti de muro praecipitabantur: VII 50, 3; cum Graecos murum ascendere atque arma capere iuberet: 3, 11, 3. 4; milites positis scalis muros ascendunt: 1, 28, 4; ¶ ausos esse . . . ascendere altissimas ripas, subire iniquissimum locum: II 27, 5; ¶ cum celeriter nostri arma cepissent uallumque ascendissent: V 26, 3; hostes maximo clamore . . . turres testudinesque agere et scalis uallum ascendere coeperunt: V 43, 3.

ascensus. (*Cf.* **adscisco** I.) **A. = ascensio, ascendendi facultas:** qualis esset natura montis et qualis ⟨quales *BMh*⟩ in circuitu ascensus qui cognoscerent misit: I 21, 1; renuntiatum est facilem esse (ascensum): I 21, 2; ¶ agger ab uniuersis in munitionem coniectus et ascensum dat Gallis et: VII 85, 6; — grandibus ceruis eminentibus . . ., qui ascensum hostium tardarent: VII 72, 1; ¶ uallis . . . non ita magna ⟨*Ciacc.*; magno *codd.*⟩, at ⟨*I det; Ciacc.;* aut *rell.*⟩ difficili et ⟨aut *NO*⟩ arduo ascensu: 2, 34, 1; — primos prohibere ascensu atque iniquissimo nostris loco proelium committere coeperunt: V 32, 2; ¶ interiores . . . loca praerupta ex ⟨atque ex β⟩ ascensu ⟨l. praer. exscensu *Madu.*⟩ temptant: VII 86, 4; — adeoque erat impedita uallis, ut in ascensu nisi subleuati a suis primi non facile eniterentur: 2, 34, 5.

B. = locus, quo ascenditur: qua minime arduus ad nostras munitiones ascensus uidebatur: II 33, 2; ¶ oppidi murus ab planicie atque initio ascensus ⟨escensus *hi*⟩ recta regione . . . mille CC passus aberat: VII 46, 1; ¶ ab dextra parte alio ascensu eodem tempore Haeduos mittit: VII 45, 10; Haedui . . ., quos Caesar ab dextra parte alio ascensu manus distinendae causa miserat: VII 50, 1.

Adiect.: alius VII 45, 10; 50, 1; arduus II

33, 2; 2, 34, 1; difficilis: 2, 34, 1; facilis I 21, 2; qualis: I 21, 1.

ascisco, ascribo *u.* **adscisco, adscribo.**

Asculum: cum his duabus (legionibus) Asculum Picenum proficiscitur. id oppidum Lentulus Spinther X cohortibus tenebat . . .: 1, 15, 3; recepto Firmo ⟨*codd. fere omnes; Db.:* oppido *cod. quid. Vrsini, P²:* Asculo *Ald.; edd.; u. CC*⟩ expulsoque Lentulo Caesar . . . iubet: 1, 16, 1.

Asedullus (α; Sedulius β; *edd.:* VII 88, 4 *u.* **Sedulius.**

Asia: infamia duarum legionum permotus, quas ab itinere Asiae Syriaeque ad suam potentiam dominatumque conuerterat (Pompeius): 1, 4, 5; Pompeius . . . magnam ex Asia Cycladibusque insulis, Corcyra, . . . Aegypto classem coegerat, magnam omnibus locis aedificandam curauerat: 3, 3, 1; magnam imperatam Asiae, Syriae regibusque omnibus . . . pecuniam exegerat: 3, 3, 2; legiones effecerat . . . duas ex Asia, quas Lentulus consul conscribendas curauerat: 3, 4, 1; frumenti uim maximam ex Thessalia, Asia, Aegypto . . . comparauerat: 3, 5, 1; eo (Petram) . . . frumentum commeatumque ab Asia . . . comportari imperat: 3, 42, 2: Valerius Flaccus, L. filius, eius, qui praetor Asiam obtinuerat: 3, 53, 2; Caesar, cum in Asiam uenisset, reperiebat . . .: 3, 105, 1; Caesar paucos dies in Asia moratus . . . Alexandriam peruenit: 3, 106, 1; legiones (Caesar) sibi alias ex Asia adduci iussit, quas ex Pompeianis militibus confecerat: 3, 107, 1.

Asiaticus: (Cn. Pompeius filius) D. Laelium ab Asiatica classe abductum reliquit: 3, 40, 5; — praeerat Aegyptiis nauibus Pompeius filius, Asiaticis D. Laelius et C. Triarius: 3, 5, 3; erant Orici Lucretius Vespillo et Minucius Rufus cum Asiaticis nauibus XVIII, quibus iussu D. Laelii praeerant: 3, 7, 1; Caesar . . . cum . . . nauibus longis Rhodiis X et Asiaticis paucis Alexandriam peruenit: 3, 106, 1.

Asparagium: Pompeius . . . omnibus copiis ad Asparagium ⟨sparagium *O*⟩ Dyrrhachinorum peruenit atque ibi idoneo loco castra ponit: 3, 30, 7; Caesar postquam Pompeium ad Asparagium esse cognouit, eodem cum exercitu profectus . . . tertio die ad Pompeium peruenit iuxtaque eum castra posuit: 3, 41, 1; *cf. qu. seqq.;* Caesar traducto exercitu flumen Genusum ueteribus suis in castris contra Asparagium consedit . . .: 3, 76, 1; simili ratione Pompeius . . . in suis ueteribus castris ad Asparagium consedit: 3, 76, 2.

aspectus (*Cf.* **adscisco I.**): neque erat omnium quisquam, qui aspectum modo tantae multitudinis sustineri ⟨-nere *BM*⟩ posse arbitraretur: VII 76, 5; ¶ hostibus primo aspectu perturbatis: VII 56, 1; ¶ hoc horridiores ⟨horribiliores β; horribiliore *eik*⟩ sunt in pugna aspectu: V 14, 2.

asper. **A. propr.:** erant enim circum castra Pompei permulti editi atque asperi colles: 3, 43, 1; ¶ iugum derectum eminens in mare, utraque ex parte praeruptum atque asperum: 2, 24, 3; ¶ inde excipere loca aspera et montuosa: 1, 66, 4; (frumentum) erat perexiguum cum ipsius agri natura, quod sunt loca aspera ac montuosa: 3, 42, 5.

B. trsl.: neque multum Albici nostris uirtute cedebant, homines asperi et montani et exercitati in armis: 1, 57, 3; ¶ quanto erat in dies grauior atque asperior oppugnatio, . . . tanto: V 45, 1.

aspicio (*Cf.* **adscisco I.**): ubi ille saepius appellatus aspexit (respexit?) ac restitit: 2, 35, 2; aspectu V 14, 2 *u.* **aspectus** *extr.*

assentatio *u.* **adsentatio.**

asser: asseres enim pedum XII cuspidibus praefixi atque hi maximis ballistis missi per IIII ordines cratium in terra defigebantur: 2, 2, 2.

asseruo, assiduus, assigno, assisto, assuefacio, assuesco, assum, asto *u.* **ads.**

astrum. *Cf. Np. p. 757 sqq.; Dt. uol. III p. 130 sqq.; al.*

astruo *u.* **adstruo.**

at. *Cf. W. Paul, ZG. 32. 177 sq.*

I. Forma. Ad *scriptum est in codd.* 1, 67, 4; 3, 71, 4; *in BM* II 27, 3; IV 31, 1; *in AB¹* VI 40, 2; *in B¹* VII 9, 1; 82, 3; *in A¹* V 54, 1; *in a¹* 3, 36, 6.

II. Signific. **A. opponuntur inter se integra enuntiata, a) in narrandis rebus gestis: α) opponuntur superiori enuntiato ea, quae aduersarii (hostes) fecerunt:** nostri . . .; at Germani celeriter . . . phalange facta impetus gladiorum exceperunt: I 52, 4; legiones . . .; at totis ⟨attonitis α⟩ fere . . . nudatis castris . . . omnes Neruii . . . ad eum locum contenderunt: II 23, 4; nostri . . .; at hostes etiam in extrema spe salutis tantam uirtutem praestiterunt, ut: II 27, 3; Caesar . . .; at hostes, ubi primum nostros equites conspexerunt . . . impetu facto celeriter nostros perturbauerunt: IV 12, 1; Caesar . . .: at barbari . . . nostros nauibus egredi prohibebant: IV 24, 1; (barbari constiterunt ac paulum modo pedem rettulerunt. atque ⟨at β⟩

nostris militibus cunctantibus . . . qui decimae legionis aquilam ferebat . . . desilite, inquit: IV 25, 3;) principes Britanniae . . .; at Caesar, etsi nondum eorum consilia cognouerat, tamen . . . fore id, quod accidit, suspicabatur: IV 31, 1; hostes . . .; at milites legionis septimae testudine facta . . . locum ceperunt: V 9, 7; nostri . . .; at illi (hostes) intermisso spatio imprudentibus nostris . . . subito se ex siluis eiecerunt: V 15, 3; (milites) . . .; at hostes . . . conlocatis insidiis bipertito in siluis . . . Romanorum aduentum exspectabant: V 32, 1; milites . . .; at barbaris consilium non defuit: V 34, 1; (Germani desperata expugnatione castrorum . . . trans Rhenum sese receperunt. ac ⟨X; at *EX; Schn., Fr., Db.*⟩ tantus fuit etiam post discessum hostium terror, ut: VI 41, 2;) hostes maximo clamore . . . uallum ascendere coeperunt. at ⟨*pauc. recc.*; ac *X*⟩ tanta militum uirtus atque ea praesentia animi fuit, ut: V 43, 4; ille (Vercingetorix) . . .; at Caesar biduum in his locis moratus . . . ab exercitu discedit: VII 9, 1; Caesar . . .; at Vercingetorix castris prope oppidum positis mediocribus circum se interuallis . . . copias conlocauerat: VII 36, 2; ((hostes) resistebant . . . ipse dux hostium Camulogenus suis aderat atque eos cohortabatur. ⟨at *add. AQβ*⟩ incerto etiam nunc exitu uictoriae (septimae legionis tribuni) . . . post tergum hostium legionem ostenderunt signaque intulerunt: VII 62, 6;) hi (Mandubii) . . .; at Caesar dispositis in uallo custodibus recipi prohibebat: VII 78, 5; reliqui (milites) . . . atque . . . L. Pupius . . .; at Caesar milites Attianos conlaudat, Pupium dimittit, . . .: 1, 13, 5; legati . . . milites . . .; at hostes sine fide tempus atque occasionem fraudis ac doli quaerunt: 2, 14, 1; militibus . . . equitibus (Curionis) . . .; at equitatus hostium ab utroque cornu circuire aciem nostram et auersos proterere incipit: 2, 41, 5; Pompeius . . .; at ille (Caesar) expositis militibus eodem die Oricum proficiscitur: 3, 11, 3; L. Cassius . . .; at Scipionem properantem sequi litterae sunt consecutae a M. Fauonio: 3, 36, 6.

β) **opponuntur ea, quae ad alios pertinent, maxime ad eos, qui sunt earundem partium, eiusdem populi:** Germani . . .; at reliqua multitudo puerorum mulierumque . . . passim fugere coepit: IV 14, 5; alter (Cingetorix) . . . ad eum (Caesarem) uenit . . .; at Indutiomarus . . . bellum parare instituit: V 3, 4; Titurius . . . trepidare . . .; at Cotta . . . nulla in re communi saluti deerat: V 33, 2; calones equitesque . . . seruantur. at ⟨atque *h(a?)*⟩ ii, qui in iugo constiterant . . . neque in eo, quod probauerant, consilio permanere . . . neque . . . uim celeritatemque . . . imitari potuerunt: VI 40, 6; legionisque decimae, quacum erat, continuo signa constituit. at ⟨β; ac α; *Np., Dt.*⟩ reliquarum legionum milites non exaudito sono tubae . . . tamen . . . retinebantur; sed elati spe celeris uictoriae . . . existimauerunt . . . neque finem prius sequendi fecerunt, quam: VII 47, 2; eandem fortunam tulit Camulogenus. at ii, qui praesidio contra castra Labieni erant relicti, . . . subsidio suis ierunt . . .: VII 62, 8; (Galli) alacres et fiduciae pleni ad Alesiam proficiscuntur . . . . at ii, qui Alesiae obsidebantur, . . . de exitu suarum fortunarum consultabant: VII 77, 1; nostri cedentes . . . insecuti sui colligendi facultatem non dederunt. at ii, qui ab Alesia processerant, maesti prope uictoria desperata se in oppidum receperunt: VII 80, 9; (Galli) se ad suos receperunt. at interiores ⟨at int. *om. af*⟩ . . . prius suos discessisse cognouerunt, quam munitionibus adpropinquarent: VII 82, 3. 4; (Curio) equites sequi iubet sese iterque accelerat; . . . at illi itinere totius noctis confecti subsequi non poterant, atque alii alio loco resistebant: 2, 39, 6; hortatur Curionem Cn. Domitius, . . . ut fuga salutem petat . . . . at Curio numquam se amisso exercitu . . . in eius (Caesaris) conspectum reuersurum confirmat atque ita proelians interficitur: 2, 42, 4; tirones . . .; at ueteranae legionis milites . . . neque ex pristina uirtute remittendum aliquid putauerunt et: 3, 28, 5; Pompeius eo proelio imperator est appellatus . . . . at Labienus ⟨ad labienum *a*⟩ . . . captiuos . . . in omnium conspectu interfecit: 3, 71, 4.

(quibus (ciuitatum legatis) pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondit obsidesque ad se adduci iubet. ⟨at *add. acdf; Schn.*; ut *add. h*⟩ Sugambri . . . finibus suis excesserant: IV 18, 4;) (Morini) in potestatem Labieni peruenerunt. at Q. atque ⟨*AQa*; at quē *BM*[1]⟩ Titurius et L. Cotta legati . . . agris (Menapiorum) uastatis . . . se ad Caesarem receperunt: IV 38, 3; (Caesar) conscendere in naues iubet. at omnium impeditis animis Dumnorix cum equitibus Haeduorum a castris insciente Caesare domum discedere coepit: V 7, 5; illi (equites) . . . circumsistunt hominem atque interficiunt. at equites Haedui ad Caesarem omnes reuertuntur: V 7, 9; legatis ad Caesarem missis quae imperaret facturos pollicentur. at Pompeius cognitis his rebus . . . Dyrrhachio timens . . . eo . . . contendit: 3, 13, 1; ¶ neque ullum fere . . . tempus . . . intercessit, quin aliquem de . . . motu Gallorum nuntium acciperet . . . . at Caesar principibus cuiusque ciuitatis ad se

enocatis . . . magnam partem Galliae in officio tenuit: V 54, 1; hac habita oratione nullam in partem ab exercitu Curionis fit significatio, atque ita suas uterque copias reducit. at ⟨*f?; P. Man.;* atque *codd.*⟩ in castris Curionis magnus † omnium incessit timor: 2, 29, 1; (Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit, ille a uallo non discedere perseuerauit. ac tamen ⟨ac tamen *Np.;* attamen *codd.*⟩ aegre retentis Domitianis militibus est factum, ne proelio contenderetur: 3, 37, 3; *cf.* 3, 87, 5 *u. p. 66:* . . . complura tormentis tela coniciuntur. ⟨at *add.* α*: edd.; om.* β⟩ M. Antonius et C. Trebonius legati, . . . qua ex parte nostros premi intellexerant, his auxilio ex ulterioribus castellis deductos summittebant: VII 81, 6;) ¶ sic accidit, uti . . . (nulla) omnino nauis, quae milites portaret, desideraretur, at ex iis, quae inanes ex continenti ad eum remitterentur, . . . perpaucae locum caperent: V 23, 4; ex Massiliensium classe V sunt depressae . . . . at ex reliquis una praemissa Massiliam huius nuntii perferendi gratia: 2, 7, 3.

((Caesar) naues soluit. et ⟨at *Paul; cf. CC*⟩ leni Africo prouectus, media circiter nocte uento intermisso, cursum non tenuit: V 8, 2; dicto audientes non fuerunt. ⟨at *add. Paul*⟩ tantum apud homines barbaros ualuit, esse aliquos repertos principes inferendi belli, . . . ut . . . nulla fere ciuitas fuerit non suspecta nobis: V 54, 4; hoc (flumen) neque ipse transire habebat in animo neque hostes transituros existimabat. ⟨at *add. Paul*⟩ augebatur auxiliorum cotidie spes. loquitur . . . palam . . . sese . . . postero die . . . castra moturum: VI 7, 6.)

b) in describendo rerum statu et explicandis cogitationibus: (neque ex occulto insidiandi et dispersos circumueniendi singulis deerat audacia. ut ⟨at *Ni; Schn.*⟩ in eius modi difficultatibus quantum diligentia prouideri poterat prouidebatur: VI 34, 7;) (frumentum) Caesar superioribus diebus consumpserat . . . . at exercitus Afranii omnium rerum abundabat copia: 1, 49, 1; quicumque alterum obsidere conati sunt, perculsos atque infirmos hostes . . . continuerunt, cum ipsi numero . . . praestarent; causa autem obsidionis haec fere esse consueuit, ut frumento hostes prohiberent. at ⟨ac *Nhl*⟩ tum integras atque incolumes copias Caesar inferiore militum numero continebat, cum illi omnium rerum copia abundarent: 3, 47, 3; uti ipsos (Pompeianos) ualetudine non bona cum . . . tum aquae summa inopia adfectos . . . at Caesaris exercitus optima ualetudine summaque aquae copia utebatur, . . .: 3, 49, 6; in castris Pompei uidere licuit . . . multaque . . ., quae nimiam luxuriam . . . designarent, ut facile existimari posset nihil eos . . . timuisse . . . . at hi miserrimo ac patientissimo exercitu Caesaris luxuriem obiciebant: 3, 96, 2.

conscius: qui si alicuius iniuriae sibi conscius fuisset, non fuisse difficile cauere: I 14, 2.

[Falso: adiutores quosdam consilii ⟨*Aicardus & Lips.;* conscii *af;* conscios *Ohl*⟩ sui ⟨suis *af*⟩ nactus: 3, 108, 2.]

conscribo. A = **scribere**: hanc (epistulam) Graecis conscriptam litteris mittit: V 48, 4.

B. = dilectum habere: (non ante) quam dilectus tota Italia habiti et exercitus conscripti essent: 1, 2, 2; ¶ duasque ibi (in Italia) legiones conscribit: I 10, 3; in summo iugo duas legiones, quas in Gallia citeriore proxime conscripserat, et omnia auxilia conlocari . . . iussit: I 24, 2; Caesar duas legiones in citeriore Gallia nouas conscripsit: II 2, 1; duabus legionibus, quas proxime conscripserat, in castris relictis: II 8, 5; duae legiones, quae proxime conscriptae erant, totum agmen claudebant praesidioque impedimentis erant: II 19, 3; unam legionem, quam proxime trans Padum conscripserat, . . . in Eburones . . . misit: V 24, 4; praesidio impedimentis legionem quartam decimam reliquit, unam ex his tribus, quas proxime conscriptas ex Italia traduxerat: VI 32, 5; neque enim sex legiones alia de causa missas in Hispaniam septimamque ibi conscriptam: 1, 85, 6;

duas (legiones effecerat) ex Asia, quas Lentulus consul conscribendas curauerat: 3, 4, 1; ¶ cum paene cotidie a Pompeio ad Caesarem perfugerent, uulgo uero uniuersi in Epiro atque Aetolia conscripti milites: 3, 61, 2.

modo conscripti atque usus militaris imperiti ad tribunum militum centurionesque ora conuertunt: VI 39, 2.

consecro: Trallibus in templo Victoriae, ubi Caesaris statuam ⟨-uas *a pr.*⟩ consecrauerant: 3, 105, 5.

consecratus: multis in ciuitatibus harum rerum exstructos cumulos ⟨*Ald.;* tumulos *codd.; edd.*⟩ locis consecratis ⟨cons. loc. β⟩ conspicari licet: VI 17, 4; hi (druides) certo anni tempore in finibus Carnutum . . . considunt in loco consecrato: VI 13, 10.

consector: quos (hostes) equitatus apertissimis campis consectatus . . . uix quarta parte relicta multa nocte se in castra recepit ⟨*c*⟩: III 26, 6; quos (hostes) Labienus equitatu consectatus magno numero interfecto, compluribus captis paucis post diebus ciuitatem recepit ⟨*c*⟩: VI 8, 7; ¶ singulas (naues) nostri consectati expugnauerunt: III 15, 5; ¶ ad quos (pueros mulieresque) consectandos Caesar equitatum misit: IV 14, 5.

qui erant pabulandi aut frumentandi causa progressi, hos leuis armaturae Lusitani peritique earum regionum caetrati . . . consectabantur: 1, 48, 7; ¶ redeuntes equites quos possunt consectantur atque occidunt: V 58, 6; ¶ reliquos (hostes?) equites ⟨eorum *add.* β⟩ consectati paucos, qui ex fuga euaserant, reliquerunt: III 19, 4.

consensio: tamen tanta ⟨tanta tamen β⟩ uniuersae Galliae consensio fuit libertatis uindicandae et pristinae belli laudis recuperandae, ut: VII 76, 2.

consensus. **A. dat.:** cuius (totius Galliae) consensui ⟨consensu *Nik;* (*Db.*)⟩ ne orbis quidem terrarum possit obsistere: VII 29, 6.

B. abl.: si ⟨*c*⟩ quis (fugitiuorum) a domino prehenderetur ⟨*c*⟩, consensu ⟨concursu *Ald.*⟩ militum eripiebatur: 3, 110, 4; — omnium consensu ad eum defertur imperium: VII 4, 7; omnium consensu hac ⟨*c*⟩ sententia probata . . . urbes Biturigum incenduntur: VII 15, 1; — consensu eorum omnium pace facta hunc sibi domicilio locum delegerunt: II 29, 5; — omnium suorum consensu Curio reliquas copias exspectare et bellum ducere parabat: 2, 37, 6; — quorum in consilio omnium uestrum consensu pristinae residere uirtutis memoria uidetur: VII 77, 4; — maiores natu . . . omnium, qui supererant, consensu legatos ad Caesarem miserunt seque ei dediderunt ⟨*c*⟩: II 28, 2; — cognoscit consensu omnium Antiochensium ciuiumque Romanorum . . . arcem ⟨*c*⟩ captam esse . . . nuntiosque dimissos: 3, 102, 6; ¶ quo facto commutata omnium et uoluntate et opinione consensu summo ⟨*Hotom.;* suorum 2 *dett.;* suo *Ox;* suorum omnium?⟩ constituit Curio . . . proelio rem committere: 2, 33, 3.

C. c. praep.: sese habere quasdam res, quas ex communi consensu ab eo petere uellent: I 30, 4.

consentio. **A. de hominibus (= conspirare): a) abs.:** perterritus, quod omnem prouinciam consentire intellegebat: 1, 30, 3; cognouit . . . consentire omnem citeriorem prouinciam: 2, 17, 3.

b) cum alqo: neque se cum Belgis reliquis ⟨rel. B. β⟩ consensisse neque contra populum Romanum ⟨omnino *add.* β⟩ coniurasse: II 3, 2; ut ne Suessiones quidem . . . deterrere potuerint, quin cum his consentirent: II 3, 5; si Gallia omnis cum Germanis consentiret ⟨consentiat β⟩, unam esse in celeritate positam salutem: V 29, 6; — consensisse Gaditanos principes cum tribunis cohortium . . ., ut Gallonium ex oppido expellerent, urbem insulamque Caesari seruarent: 2, 20, 2.

B. de rebus (= congruere): cum uultus Domitii cum oratione non consentiret: 1, 19, 2; ¶¶ nisi omnia consentiant inter se, non potest fieri, ut nominis similitudo sit: *de analog. ap. Pompei. comm. art. Don. (gramm. Lat. ed. Keil V p. 198; cf. Np. p. 753 adnot.)*

consequor. **I. Forma:** Consecuntur VI 38, 3 *exstare in B dicit Fr.*, consequuntur *Hld.;* (secuntur *h. l. est in a*[1]). — Consequutus *constanter scriptum est in l, bis* (III 19, 4; IV 13, 3) *in A; ceteri codd. his locis et 14 (15) reliquis habent* consecutus.

II. Signif.; A. = sequi; a) absol.; α) de hominibus: nostri . . . suis omnibus consecutis in hostes impetum fecerunt: IV 26, 5; — reliqui uulneribus . . . confecti consequi non potuerant: 3, 106, 2.

β) de rebus: pars eius turris concidit, pars reliqua consequens procumbebat: 2, 11, 4; ¶ eius modi sunt tempestates ⟨temp. sunt β⟩ consecutae, uti opus necessario intermitteretur: III 29, 2; ¶ summa tranquillitate consecuta ⟨summa tranquillitate consecutus *h;* summam -tatem -cutus *ekd?i?*⟩ secunda inita ⟨*c*⟩ cum soluisset uigilia: V 23, 6.

b) alqm: consequuntur ⟨sequuntur β⟩ hunc

centuriones ...: VI 38, 3; hunc Marcellus collega et plerique magistratus consecuti sunt: 1, 14, 2.

B. = insequi, persequi: quos (hostes) impeditos ⟨*om.* β⟩ integris uiribus milites nostri consecuti magnum numerum eorum occiderunt: III 19, 4; ¶ (item ex reliquis partibus nostri cedentes usque ad ⟨*pr. edd.;* usque in α; *Fr.;* ad β⟩ castra insecuti ⟨consecuti β⟩ sui colligendi facultatem non dederunt: VII 80, 8.)

C. = adsequi; a) sequitur obiect.: α) alqm: αα) subiect. sunt homines: de media nocte missus equitatus nouissimum agmen consequitur: VII 88, 7; Fabius Paelignus quidam ... primum agmen fugientium consecutus . . . Varum nomine appellans requirebat: 2, 35, 1; statimque egressus et nouissimum agmen consecutus celeriter ex conspectu castrorum discessit: 3, 75, 2; equitatumque praemisit ad nouissimum agmen demorandum, neque consequi potuit: 3, 75, 3; ¶ reliquas copias Heluetiorum ut consequi posset: I 13, 1.

interea legio XII. Caesarem consequitur: 1, 15, 3; hunc (Varum) ex primo ordine pauci Caesaris consecuti milites consistere coegerunt: 1, 13, 3.

ut . . . eos, qui de tertia uigilia exissent, ante horam diei VIIII. ⟨IIII. *Goel.*⟩ consequerentur: 1, 64, 8; — consecutus equitatus nouissimos proelio detinebat: 3, 75, 4; — cum (Pompeius) se magnis itineribus extenderet et praegressos ⟨progressos O^1⟩ consequi cuperet, quarto die finem sequendi fecit: 3, 77, 3; — reliquos omnes equitatu consecuti ⟨consecuti equites β⟩ nostri interfecerunt: I 53, 3.

ββ) subiect. sunt res: Scipionem properantem sequi litterae sunt consecutae a M. Fauonio: 3, 36, 6.

β) alqd: quantum iam apud eos (Gallos) hostes uno proelio auctoritatis essent consecuti sentiebat: IV 13, 3; ¶ qua rei familiaris iactura perpetuum imperium libertatemque se ⟨β; *om.* α⟩ consequi uideant: VII 64, 3; ¶ illum . . . beneficio ac liberalitate sua ac senatus ea praemia consecutum: I 43, 5; ¶ qui minus facile eam rem ⟨in *add. BM*⟩ imperio nostro consequi poterant: II 1, 4; quo facto duas res consecutus est, quod pignore animos centurionum deuinxit et . . . redemit: 1, 39, 4.

consecutus id, quod animo proposuerat, Caesar receptui cani ⟨*c*⟩ iussit: VII 47, 1; — ut celeritate reliquas res conficeret, qua pleraque erat consecutus: VII 12, 3; — nihil adeo arduum sibi esse existimauerunt, quod non uirtute consequi possent: VII 47, 3.

b) omiss. obiect.: ut spe consequendi (Ambiorigem) inlata . . . paene naturam studio uincerent: VI 43, 5; (3, 75, 3 *u.* a) α) αα) agmen).

D. = reperire, perspicere: quod ego non intellexi; quantum autem coniectura consequebar, id erat eius modi, ut: *ap. Cic. ad Q. fr.* II 10 (12), 4.

Adsequendi *uerbo nusquam usus est Caesar.*

Aduerb.: minus facile: II 1, 4.

consero: ut manum conserere atque armis dimicare conentur: 1, 20, 4.

conseruo. A. propr.; a) = tueri; α) alqm: magnamque res diligentiam requirebat non in summa exercitus tuenda, . . . sed in singulis militibus conseruandis: VI 34, 3; ¶ qui (exercitus) . . . quos in sua potestate habuerit conseruarit et texerit: 1, 85, 2.

β) alqd: hoc casu aquila conseruatur: 3, 64, 4; ¶ eius enim opera ⟨ope *NOx*⟩ castellum magna ex parte conseruatum esse constabat: 3, 53, 5.

b) = parcere alci; α): se magis consuetudine sua quam merito eorum ciuitatem conseruaturum: II 32, 1; ¶ quos omnes (remiges propugnatoresque) conseruatos Caesar domum remisit: 3, 27, 2.

β): si forte pro sua clementia ac mansuetudine . . . statuisset Aduatucos esse conseruandos: II 31, 4; — Caesar honoris Diuitiaci atque Haeduorum causa sese eos (Bellouacos) in fidem recepturum et conseruaturum dixit: II 15, 1; — Caesar magis eos (Massilienses) pro nomine et uetustate quam pro meritis in se ciuitatis conseruans . . . relinquit ⟨*c*⟩: 2, 22, 6; — quibus (Metropolitis) diligentissime conseruatis . . . nulla Thessaliae fuit ciuitas ..., quin Caesari parerent: 3, 81, 2; — quos (Neruios) Caesar . . . diligentissime conseruauit suisque finibus atque oppidis uti iussit: II 28, 3; — et petentibus Remis, ut conseruarentur (Suessiones), impetrant: II 12, 5.

γ): L. Torquatus . . . se atque oppidum Caesari dedidit incolumisque ab eo conseruatus est: 3, 11, 4.

δ): qui (nuntii) suo beneficio conseruatos docerent, quos iure belli interficere potuisset: VII 41, 1; — non ⟨*c*⟩ proditi per illum Caesaris beneficio estis conseruati? 2, 32, 8; — consolatus consurgere iussit et pauca apud eos de lenitate sua locutus . . . omnes conseruauit: 3, 98, 2; *cf.* α) *et* β).

B. trsl. (= seruare, retinere): quod fidem

erga imperatorem suum Cn. Pompeium conseruare uoluerint ⟨*c*⟩: 1, 84, 3; ¶ quo diligentius in reliquum tempus a barbaris ius legatorum conseruaretur: III 16, 4; ¶ impetum legionum tulerunt et ordines ⟨suos *add. Nhl*⟩ conseruarunt: 3, 93, 2; ¶ (✝ si peracto cons. caesaris cons. ⟨non *add. h*⟩ praefectus esset ⟨*sic* α; si pacto conseruato a Caesare non profectus esset *Hug; u. CC*⟩: 1, 11, 2.)

Conseruare et tegere: 1, 85, 2; **in fidem recipere et conseruare:** II 15, 1; **tueri . . . conseruare:** VI 34, 3; — **alqm incolumem conseruare:** 3, 11, 4.

Aduerb.: diligentius: III 16, 4; diligentissime: II 28, 3; 3, 81, 2.

considerate: si quando quid Pompeius tardius aut consideratius faceret: 3, 82, 3.

Considius. 1. C. Considius Longus: id oppidum (Hadrumetum) C. Considius Longus unius legionis praesidio tuebatur: 2, 23, 4.

2. P. Considius: P. ⟨*AQ; om. BMβ*⟩ Considius, qui rei militaris peritissimus habebatur et in exercitu L. Sullae et postea in M. Crassi fuerat, cum exploratoribus praemittitur: I 21, 4; prima luce . . . Considius equo admisso ad eum accurrit, dicit . . .: I 22, 2; cognouit . . . Considium timore perterritum quod non uidisset pro uiso sibi renuntiauisse: I 22, 4.

consido. *Cf. W. Paul, ZG. 32, 177.*

(Considerat est in *f* VI 34, 2.)

A. = residere *(de eo, penes quem arbitrium est)*: ipse (Caesar) in munitione pro castris consedit: VII 89, 4; hi (druides) certo anni tempore in finibus Carnutum . . . considunt in loco consecrato: VI 13, 10.

B. = sedem, domicilium conlocare: Romani . . . quid uolunt nisi . . . quos fama nobiles . . . cognouerunt, horum in agris ciuitatibusque considere: VII 77, 15; ¶ quod Ariouistus . . . in eorum finibus consedisset: I 31, 10; licere . . . in Vbiorum finibus considere: IV 8, 3; ¶ qui (ueterani milites) dimissi a superioribus imperatoribus in his prouinciis consederant: 3, 4, 1.

(Belgas) propter loci fertilitatem ibi consedisse: II 4, 1; fertilissima . . . loca . . . Volcae ⟨*c*⟩ Tectosages occupauerunt atque ibi consederunt: VI 24, 2; — *(de latebris:)* ubi cuique ⟨β; ubicumque α⟩ aut ualles abdita aut locus siluestris aut ⟨*c*⟩ palus impedita spem praesidii . . . offerebat, consederat ⟨cousederant *l det.; Fr.; u. CC*⟩: VI 34, 2; ¶ (expulsos agris finitimos cedere neque quemquam prope ⟨se *add.* β⟩ audere consistere ⟨considere *Paul*⟩: VI 23, 2.)

C. = castra ponere, exercitum constituere; **a) abs.:** consedit (Caesar) et . . . castra communit: V 49, 6; Numidae enim ⟨*c*⟩ quadam barbara consuetudine nullis ordinibus passim consederant: 2, 38, 4.

b) additur quo loco: α): hoc consedit loco atque eum communiuit: 3, 51, 8.

β): pagos centum Sueborum ad ripas Rheni consedisse, qui Rhenum transire conarentur: I 37, 3; (3, 76, 2 *u.* ζ) in castris.)

γ): productis copiis ante oppidum considunt: VII 79, 4.

δ): cum Viridouix contra eum duorum ⟨*c*⟩ milium spatio consedisset: III 17, 5; hostes . . . e regione Lutetiae contra Labieni castra considunt: VII 58, 6. (*Cf.* 3, 76, 1 *u.* ζ) in castris.)

ε): e regione Lutetiae: VII 58, 6 *u.* δ).

ζ): (qui (Cotta et Titurius) in eodem occiderint ⟨consederint *Paul*⟩ castello ⟨cast. occ. β⟩: VI 37, 8;) — confecto iusto itinere . . . Caesar . . . ueteribus suis in ⟨*om. a*⟩ castris ⟨in uet. s. castr. *Np.; Dt.*⟩ contra Asparagium consedit: 3, 76, 1; simili ratione Pompeius confecto eius diei itinere in suis ueteribus castris ad Asparagium consedit: 3, 76, 2; — legio . . . in foro et porticibus sine maleficio consedit: 2, 20, 4; — ultra eum locum, quo in loco Germani consederant, . . . castris idoneum locum delegit: I 49, 1; cognouit, quo in loco hostium copiae consedissent: V 9, 1; — qui in monte consederant ⟨qui montem conscenderant *O*⟩: 3, 98, 1.

η): hostes sub monte consedisse milia passuum ab ipsius castris octo: I 21, 1; castra promouit et milibus passuum sex a Caesaris castris sub monte consedit: I 48, 1.

ϑ): trans id flumen omnes Neruios consedisse: II 16, 2.

ι): perpetuam esse paludem . . ., hic consedit (Camulogenus) nostrosque transitu prohibere instituit: VII 57, 4; — hoc (castellum) fere est in mediis Eburonum finibus, ubi Titurius atque ⟨*c*⟩ Aurunculeius hiemandi causa consederant: VI 32, 4; fugientes usque ad flumen, ubi Vercingetorix cum pedestribus copiis consederat, persequuntur: VII 67, 5.

κ): omnes equitatus ⟨*c*⟩ peditatusque copias Treuerorum tria milia passuum longe ab ⟨*c*⟩ suis castris consedisse: V 47, 5; — circiter milia passuum X ab Romanis trinis castris Vercingetorix consedit: VII 66, 2; (I 21, 1 *u.* η);) — Commius reliquique duces . . . non longius

⟨*c*⟩ mille passibus ab nostris munitionibus considunt: VII 79, 1; (I 48, 1 *u.* *η*);) — rex . . . sex milium passuum interuallo a ⟨*c*⟩ Saburra consederat: 2, 38, 3; (III 17, 5 duorum milium spatio *u.* *δ*).)

consilior: cum (Domitius) . . . multum cum suis consiliandi causa secreto praeter consuetudinem conloqueretur: 1, 19, 2; ¶ duces aduersariorum . . . consultabant. haec consiliantibus eis nuntiantur aquatores ab equitatu premi nostro: 1, 73, 2.

consilium. A. consilium, quod habetur = consultatio, deliberatio; 1. propr.; a) obiect.: Senones ⟨*c*⟩ . . . cum Carnutibus finitimisque ciuitatibus consilia communicare: VI 2, 3; ut rursus communicato consilio exploratisque hostium rationibus aliud initium belli ⟨*c*⟩ capere possint ⟨*c*⟩: VI 33, 5; consilia communicant: 2, 4, 5; ¶ neque consilii ⟨consilium *β*⟩ habendi neque arma capiendi spatio dato: IV 14, 2; ¶ (indictis inter se principes Galliae conciliis ⟨*β*; consiliis *α*⟩ siluestribus ac remotis locis queruntur de Acconis morte: VII 1, 4.)

b) dat.: plebes . . . nullo ⟨nulli *β*⟩ adhibetur consilio ⟨concilio *β*⟩: VI 13, 1.

c) genet.: quasi uero . . . consilii sit res ac non necesse sit nobis Gergouiam contendere: VII 38, 7.

d) c. praep.: (dato iure iurando ab omnibus, qui aderant, . . . ab concilio ⟨consilio *β*⟩ disceditur: VII 2, 3.)

ad id consilium adhibitis centurionibus: I 40, 1 *u.* **2. a)** conuocare; (neque hos habendos ciuium loco neque ad concilium ⟨consilium *Ec; Schn., Db.*⟩ adhibendos ⟨adhib. ad conc. *β*⟩ censeo: VII 77, 3;) ¶ (Vercingetorix . . . suos ad concilium ⟨consilium *coni. Dt.*⟩ conuocat: VII 14, 1;) conuocatisque ad consilium ⟨*Eh;* concilium *αa; edd.*⟩ praefectis equitum . . . demonstrat: VII 66, 3.

(de consiliis . . . Gallorum nuntium: V 53, 5 *u.* **C. f)** de.)

consurgitur ex consilio: V 31, 1.

quo in consilio ⟨concilio B^2*β*⟩ . . . non nullae huius ⟨*c*⟩ modi sententiae dicebantur: III 3, 2. 3; L. Domitius in consilio dixit . . .: 3, 83, 3; etiam in consilio superioribus diebus dixerat . . .: 3, 86, 1; ¶ disputatur in consilio a ⟨*c*⟩ Petreio atque Afranio et tempus profectionis quaeritur: 1, 67, 1; ¶ haec *tum facta sunt in consilio, magna*que* spe et laetitia omnium discessum est: 3, 87, 7; ¶ (loquitur [in consilio *add. codd.; del. Paul.; Hold.;* in concilio *pauc. rec.; Ald.; Np.*] palam . . .: VI 7, 6;) ¶ Domitius dissimulans in consilio ⟨*Ox;* concilio *dett.; Np., Dt.*⟩ pronuntiat . . .: 1, 19, 1; ¶ magnaque inter eos in consilio fuit controuersia . . .: 3, 82, 5; ¶ haec uincit ⟨euincit *Ox*⟩ in consilio sententia, et . . . constituunt: 1, 67, 6.

2. metonym. = ii, qui consultant; a) obiect.: (Caesar) conuocato consilio ⟨concilio B^2*β*⟩ omniumque ordinum ad id consilium ⟨concilium *β*⟩ adhibitis centurionibus uehementer eos incusauit: I 40, 1; (concilio ⟨*Ef; edd. uett.; Schn.; Np.;* consilio *X; rell. edd.*⟩ conuocato constituerunt optimum esse domum suam quemque reuerti: II 10, 4;) Galba . . . consilio ⟨concilio B^2*β*⟩ celeriter conuocato sententias exquirere coepit: III 3, 1; (Labienus) sub uesperum consilio ⟨concilio *β*⟩ conuocato cohortatus, ut . . . administrarent, . . . iussit: VII 60, 1; (postero die Vercingetorix concilio ⟨*Qβ*; *Np., Schn.;* consilio *ABM; rell. edd.*⟩ conuocato . . . demonstrat: VII 89, 1;) quibus de causis consilio conuocato ⟨uocato *a; Np.*⟩ de summa rerum deliberare incipit (Curio): 2, 30, 1; ¶ dimisso consilio (Curio) contionem aduocat militum: 2, 32, 1.

b) genet.: quod de consilii ⟨consulum *Elberl.*⟩ sententia summam belli rerumque omnium Pompeio permiserint: 3, 16, 4.

c) c. praep.: ad id consilium adhibitis: I 40, 1 *u.* **a)** conuocare; ¶ hac re ad consilium ⟨concilium *β*⟩ delata ubi omnes idem sentire intellexit, . . . constituit: III 23, 8; ad consilium rem deferunt magnaque . . . exsistit controuersia: V 28, 2.

B. consilium, quod datur; a) subiect.: Cottae quidem atque eorum, qui dissentirent, consilium quem habere ⟨*Rob. Steph.;* haberet *codd.; Vielh.*⟩ exitum? V 29, 7; ¶ (VII 77, 12 *u.* **c)**.)

b) obiect.: adiuuabat ⟨B^2*β*; -bant *α*⟩ etiam eorum consilium, qui rem deferebant, quod: II 17, 4; ¶ non ab hoste, sed ab homine amicissimo Ambiorige ⟨*CC*⟩ consilium datum: V 31, 6; ¶ Curio utrumque improbans consilium . . . dicebat: 2, 31, 1.

c) genet.: princeps consilii *u.* **C. d)**.

quid ergo mei consilii est ⟨*codd. plur. post* ergo *distinguunt, non post* est⟩? facere quod nostri maiores . . . fecerunt: VII 77, 12.

d) abl.: his delecti ex ciuitatibus attribuuntur, quorum consilio bellum administraretur: VII 76, 4; — neque suo consilio aut uoluntate Domitium se in oppidum Corfinium contulisse: 1, 19, 3; — ne patiatur ciuitatem prauis adulescentium consiliis . . . deficere: VII 39, 3; ¶ illo tamen ⟨*c*⟩ potius utendum consilio . . . quam: VII 78, 2; 1, 51, 2 *u.* **C. e)** *α*); Massilienses usi ⟨*om. N*⟩

L. Domitii consilio naues longas expediunt: 1, 56, 1; ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A;* consilio uestro utar lubenter, et hoc lubentius, quod: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C,* 1; ut tuis consiliis atque opibus, ut consueui, in omnibus rebus utar: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 3.

c) c. praep.: Haedui de consilio legatorum . . . copias . . . mittunt: VII 5, 3.

quorum in consilio omnium uestrum consensu pristinae residere uirtutis memoria uidetur: VII 77, 4.

C. consilium, quod capitur; a) subiect.: quod consilium, etsi in eius modi casu reprehendendum non est, tamen incommode accidit; nam et nostris militibus spem minuit et hostes ⟨*c*⟩ ad pugnam ⟨*c*⟩ alacriores ⟨*c*⟩ effecit ⟨fecit β⟩: V 33, 4. 5; ¶ ut sunt Gallorum subita et repentina consilia: III 8, 3; id esse consilium Caesaris, ut . . . necaret: V 6, 5; sed esse Galliae commune consilium: V 27, 5; ipsorum esse consilium, uelintne . . . deducere: V 27, 9. — (quid sui consilii sit *sim.*: I 21, 2; VI 7, 8; VII 5, 5 *u.* **d)** β).)

b) obiect.: consilium capere *u.* **capio 1. B. b.** *p. 446—448 (30 loc.);* ¶ reliqua eius consilia animo circumspiciebat: VI 5, 3; ¶ cons. cognoscere *u.* **cognosco A. 2. a)** α) αα) *p. 572 (13 loc.);* ¶ consilio cum legatis et quaestore communicato: IV 13, 4; ¶ commutare consilium *u.* **commuto A.** *p. 616 (4 loc.)*; ¶ comprobat hominis consilium fortuna: V 58, 6; ¶ quod eorum (Gaditanorum) consilia sua uirtute confirmassent: 2, 21, 1; ¶ deposito adeundae Syriae consilio: 3, 103, 1; ¶ diuulgato Domitii consilio: 1, 20, 1; ¶ prius quam eorum clandestina consilia efferantur: VII 1, 6; — (1, 69, 2 *u.* ferre;) cum . . . Pompei consilium summis laudibus efferret: 3, 87, 1; ¶ has (ciuitates se) sua diligentia adiuncturum atque unum consilium totius Galliae effecturum: VII 29, 6; ¶ ab iisdem nostra consilia . . . hostibus enuntiari: I 17, 5; ¶ ibi se reliquum consilium explicaturos confidebant: 1, 78, 3; totius autem rei consilium his rationibus explicabat, ut: 3, 78, 3; ¶ duces uero eorum consilium suum laudibus ferebant ⟨efferebant *Pluyg.*⟩, quod se castris tenuissent: 1, 69, 2; ¶ primo ignorans eius consilium: 3, 41, 4; ¶ illi (oppidani) ante inito, ut intellectum est, consilio . . . eruptionem fecerunt: II 33, 2; his initis consiliis oppida muniunt, . . . naues . . . cogunt: III 9, 8; his rumoribus ⟨*c*⟩ atque auditionibus permoti de summis saepe rebus consilia ineunt: IV 5, 3; suspicatus aliquid noui ⟨nouum β⟩ a barbaris initum consilii: IV 32, 2; praesertim cum de recuperanda communi libertate consilium initum uideretur: V 27, 6; hoc inito consilio . . . mittit: VI 5, 6; nihil se contra Sequanos consilii inituros: VI 12, 4; qui (Catuuolcus) una cum Ambiorige consilium inierat: VI 31, 5; hac impulsi occasione . . . liberius atque audacius de bello consilia inire incipiunt: VII 1, 3; si quid ⟨*af;* quod *αh*⟩ etiam de sua salute ab Haeduis iniretur consilii: VII 9, 4; cum ex significatione Gallorum noui aliquid ab iis iniri consilii ⟨cons. iniri β⟩ intellexissent: VII 12, 6; timore poenae exterriti consilia clam de bello inire incipiunt: VII 43, 3; ipse . . . exspectans, ne ab omnibus ciuitatibus ⟨*c*⟩ circumsisteretur, consilia inibat, quem ad modum . . . discederet . . .: VII 43, 5; hoc inito consilio . . . iubent: 1, 61, 4; hoc inito consilio (Gaditanos principes cum tribunis cohortium) denuntiauisse Gallonio, ut . . . excederet Gadibus; si id non fecisset, sibi consilium capturos: 2, 20, 3; ipsi clam consilio inito . . . miserunt: 3, 104, 2; ¶ intellegebat, . . . quae eum res ab instituto consilio deterreret: V 4, 1; ¶ id ubi uident, mutant consilium: 2, 11, 2; post mutato consilio quibusdam de causis Caesar ⟨*c*⟩ . . . castra transtulit: 3, 66, 4; is quoque mutato consilio quibusdam de causis . . . eo loco excesserat: 3, 66, 6; *(de uerbis* mutare cons. *cf. Heller, Ph. 22, 145;)* ¶ ut quam diutissime longioris fugae consilium occultaret: 3, 102, 3; ¶ non omittendum ⟨sibi *add.* β⟩ consilium Neruii existimauerunt: II 17, 5; ¶ patefactis consiliis exclusus Capua . . . consilio destitit: 3, 21, 5; ¶ consilio eius cognito et per mercatores perlato ad Britannos: IV 21, 5; ¶ hoc consilio probato ab ⟨*c*⟩ ducibus . . . sese castris tenebant: III 24, 4; Caesar consilio eius probato . . . ponebat: V 48, 1; neque in eo, quod probauerant, consilio permanere, ut se loco superiore defenderent, . . . potuerunt: VI 40, 6; hoc consilium Caesaris plerisque non probabatur: 1, 72, 4; consiliumque eius (Caesaris) a cunctis probabatur: 1, 74, 7; hoc probato consilio ex castris proficiscuntur: 1, 78, 4; his constitutis rebus probatisque consiliis . . . audit: 2, 38, 1; ¶ ex propositis consiliis duobus explicitius ⟨explicitus *Nx;* explicitis *O;* expeditius *uar. in e; uerba* ex *et* explicitius *delenda uidentur H. Kraff.*⟩ uidebatur Ilerdam reuerti: 1, 78, 3; ¶ reprehendere: V 33, 4 *u.* **a)** accidere; cuius consilium reprehendendum non ⟨non repr. *hl*⟩

uidetur: 3, 51, 4; ¶ placuit hoc reseruato ⟨seruato β⟩ ad extremum **casum* consilio interim rei euentum experiri: III 3, 4; ¶ neque tamen . . . suum consilium ab ⟨c⟩ reliquis separare audent: VII 63, 8; ¶ (seruare: III 3, 4 *u.* reseruare;) ¶ ea res saepe temptata etsi impetus eius consiliaque tardabat: 1, 26, 2.

c) dat.: Caesar omnibus consiliis anteuertendum existimauit, ut Narbonem proficisceretur (consiliis *plurimi interpretes datiuum esse statuunt, Herzogius abl. esse contendit*): VII 7, 3; ¶ huic consilio suffragabatur etiam illa res, quod: 1, 61, 3.

erant sententiae, quae . . . castra Vari oppugnanda censerent, quod id ⟨*om. codd.: Dt.; add. Clark.;* in *add.* (*Clark.;*) *Np., Db.*⟩ huius modi militum consiliis omnium ⟨*Clark.:* otium *codd.: edd.; u. CC*⟩ maxime contrarium esse arbitrarentur: 2, 30, 1.

d) gen.; α): adiutores quosdam consilii ⟨*Aicardus; Lips.;* conscii *af;* conscios *Ohl*⟩ sui ⟨suis *af*⟩ nactus: 3, 108, 2; ¶ detestatus Ambiorigem, qui eius consilii auctor fuisset: VI 31, 5; ¶ (unum consilium totius Galliae (se) effecturum, cuius consensui ne orbis quidem terrarum possit obsistere: VII 29, 6;) ¶ ad Pompeium transierunt cum iis, quos sui consilii participes habebant: 3, 60, 5; ¶ qui eius ⟨huius B^2β⟩ consilii principes fuissent, . . . profugisse: II 14, 4; Acco, qui princeps eius consilii fuerat, iubet: VI 4, 1; de Accone, qui princeps eius consilii fuerat, . . . supplicium sumpsit: VI 44, 2; cum se uel principes eius consilii fore profiterentur: VII 37, 6; ¶ rationem consilii mei accipite: 3, 86, 2; ¶ quorum ad arbitrium iudiciumque summa omnium rerum consiliorumque redeat: VI 11, 3.

β): aliquid consilii: IV 32, 2; VII 12, 6 *u.* **b)** inire; ¶ quibus id consilii ⟨consilium *f*⟩ fuisse cognouerint, ut . . . se circumsisterent: VII 5, 5; ¶ nihil consilii: VI 12, 4 *u.* **b)** inire; ¶ quid sui consilii sit ostendit: I 21, 2; Labienus . . . quid sui sit ⟨sit sui β⟩ consilii proponit: VI 7, 8; *cf.* III 24, 1; V 53, 4 *u.* **capio** *p. 447;* VII 9, 4 *u.* **b)** inire.

γ): saepe . . . consilia ineunt, quorum eos in ⟨c⟩ uestigio paenitere necesse est: IV 5, 3.

e) abl.; α): persuadent . . . finitimis ⟨c⟩, uti eodem usi consilio oppidis suis uicisque exustis una cum iis proficiscantur: I 5, 4; (erat) nullus ordo, nullum imperium certum, cum suo quisque consilio uteretur: 1, 51, 2; Pompeius . . . ubi propositum tenere non potuit, secundo usus consilio . . . castra communit: 3, 42, 1; Metropolitae primo ⟨c⟩ eodem usi consilio . . . portas clauserunt: 3, 81, 1.

β): alio se ⟨c⟩ in hiberna consilio uenisse meminerat, aliis occurrisse rebus uiderat: III 6, 4; — ne quis enuntiaret, nisi quibus communi consilio ⟨concilio A^1⟩ mandatum esset: I 30, 5; inter se coniurant nihil nisi communi consilio acturos: III 8, 3; ut quod esse ex usu Galliae intellexissent, communi consilio administrarent: V 6, 6; summa imperii bellique administrandi communi consilio permissa Cassiuellauno: V 11, 8; constituuntque communi consilio bellum ad Ilerdam . . . gerere: 1, 38, 4; — quod eo consilio florentissimis rebus domos suas Heluetii reliquissent, uti toti Galliae bellum inferrent . . .: I 30, 3; castra fecit eo consilio, uti frumento . . . Caesarem intercluderet: I 48, 2; partem suarum copiarum traducere conati sunt eo consilio, ut . . . castellum . . . expugnarent . . .: II 9, 4; castra quam maxime potest contrahit eo consilio, ut in summam contemptionem hostibus ueniat: V 49, 7; qui (Germani) eo consilio Rhenum transierant, ut . . . depopularentur: VI 42, 3; hunc (mortem) . . . iubet occupare, eo consilio, uti ipse eodem . . . contenderet . . .: 1, 70, 4; — reliquas omnes munitiones . . . reduxit; id hoc consilio, . . . ne de improuiso . . . hostium multitudo aduolaret . . .: VII 72, 2; pontones . . . Lissi relinquit hoc consilio, ut . . . Caesar ad insequendum facultatem haberet: 3, 29, 3; — Philippus et Cotta ⟨*u. CC*⟩ priuato consilio praetereuntur: 1, 6, 5; quod erat (nauis) sine militibus priuatoque consilio administrabatur: 3, 14, 2; ut potius priuato paucorum et latronum quam regio consilio susceptum bellum uideretur: 3, 109, 6; — nihil earum rerum publico factum consilio . . . demonstrant: V 1, 7; Senones . . . Cauarinum . . . interficere publico consilio conati: V 54, 2; nihil publico factum consilio demonstrant: VII 43, 1; — quam in partem aut quo consilio ducerentur: I 40, 1; — regio consilio: 3, 109, 6 *u.* priuato consilio; — omnes uno consilio Domitium productum in publicum circumsistunt . . .: 1, 20, 5.

ita siue casu siue consilio deorum inmortalium . . . ea (pars) princeps poenas persoluit: I 12, 6.

γ): quo timore perterriti Galli . . . consilio destiterunt: VII 26, 5; patefactis consiliis exclusus Capua et periculum ueritus . . . consilio destitit atque **ab* eo itinere sese auertit: 3, 21, 5.

f) c. praep.: ab hoc consilio afuisse existimabantur: VI 3, 5; (tum) cum ab eorum consiliis abesse *te debere* indicasti: *ap. Cic. ad Att.*

X 8 *B*, 1; ¶ Caesar a ⟨*c*⟩ superioribus consiliis depulsus . . . existimauit: 3, 73, 1; ¶ deterrere a: V 4, 1 *u.* **b)** instituere.

quis hoc sibi persuaderet sine certa spe ⟨*c*⟩ Ambiorigem ad eius modi consilium descendisse? V 29, 5; ¶ multae res ad hoc consilium Gallos hortabantur: III 18, 6.

qui se de superioris temporis consilio excusarent: IV 22, 1; ¶ Pompeius quoque de Caesaris consilio coniectura iudicans . . . existimabat: 3, 78, 6; ¶¶ neque ullum . . . tempus . . . intercessit, quin aliquem de consiliis ⟨conciliis β⟩ ac motu Gallorum nuntium acciperet: V 53, 5.

ex: 1, 78, 3 *u.* **b)** proponere.

in his operibus consiliisque biduum consumitur: 1, 82, 1; ¶ permanere in consilio: VI 40, 6 *u.* **b)** probare; ¶¶ Cottae . . . consilium quem habere ⟨*c*⟩ exitum? in quo si non praesens periculum, at ⟨*c*⟩ certe . . . fames esset timenda ⟨*c*⟩: V 29, 7; **(**2, 30, 1 *u.* **c).)**

non haec omnia fortuito aut **sine** consilio accidere potuisse: VII 20, 2.

D. = **prudentia, calliditas, (dolus); a) subiect.**: at barbaris consilium non defuit: V 34, 1; ¶ singulari militum nostrorum uirtuti consilia cuiusque ⟨*c*⟩ modi Gallorum occurrebant: VII 22, 1; ¶ (esse: III 16, 2 *u.* **c)**.)

b) obiect.: cuius (Commii) et uirtutem et consilium probabat: IV 21, 7.

c) genet.: C. Volusenus, . . . uir et consilii magni et uirtutis: III 5, 2.

in quibus aliquid consilii aut dignitatis fuit: III 16, 2.

d) abl.: praesertim cum non minus esset imperatoris consilio superare quam gladio: 1, 72, 2; ¶ Ariouistum . . . magis ratione et consilio quam uirtute uicisse: I 40, 8.

Ratione et consilio: I 40, 8; **suo consilio aut uoluntate**: 1, 19, 3.

Sequitur genet.: 1, 19, 2; 20, 2; 3, 62, 1; 76, 2; 102, 3; **genet. gerund.**: III 2, 2; V 29, 2; 3, 103, 1; **de**: IV 5, 3; V 27, 6; 28, 6; VI 20, 2; VII 1, 3; 9, 4; 43, 3; — **ut (ne)**: V 6, 5; VI 40, 6; VII 5, 5; 3, 30, 2; *cf.* C. **e) β)** eo (hoc) consilio, ut (ne); **infin.**: VII 26, 1; 71, 1; 77, 12; **(quod**: 1, 69, 2;**) interrog. obl.**: V 27, 9; VII 43, 5.

Adiect.: aliud: III 6, 4; VII 59, 3; 3, 41, 2; 77, 3; clandestina: VII 1, 6; commune *u. p. 615 (6 loc.)*; diuersa: 3, 30, 2; duo: 1, 78, 3; magnum: III 5, 2; nouum: IV 32, 2; VII 12, 6; nullum: VI 13, 1; omnia: V 7, 3; VI 11, 3; VII 7, 3; praua: VII 39, 3; priuatum: 1, 6, 5; 3, 14, 2; 109, 6; publicum: V 1, 7; 54, 2; VII 43, 1; regium: 3, 109, 6; reliquum (-a): VI 5, 3; 1, 78, 3; repentina: III 8, 3; secundum: 3, 42, 1; subita: III 8, 3; superiora: 3, 73, 1; unum: VII 29, 6; 1, 20, 5; utrumque: 2, 31, 1.

consimilis: creberrimaque (sunt) aedificia fere Gallicis consimilia: V 12, 3; ¶ harum (alcium) est consimilis capris figura et uarietas pellium: VI 27, 1; ¶ ut consimilis fugae profectio uideretur: II 11, 1.

consisto. 1. propr. A. = (ἀντιπαρα-)τάττεσθαι; **a) de militibus (uel imperatore); α) simpl.**: equites . . . prius quam plane legiones ⟨*suspectum Np.*⟩ explicari et consistere possent, tota auxilia regis . . . in fugam coiciunt ⟨*c*⟩: 2, 26, 4.

β) addit. praep. c. subst.; αα): Caesar . . . ad oppidum constitit iuxtaque murum castra posuit: 1, 16, 4; ¶ quae (quisque) prima signa conspexit, ad haec constitit: II 21, 6.

ββ): legiones . . . infestis **contra** hostes ⟨hostem β⟩ signis constiterunt ⟨-rant *M*; extiterunt *a*⟩: VII 51, 3; ipse contra Pompeium constitit: 3, 89, 2.

γγ): iusserunt pronuntiare ⟨*c*⟩, ut impedimenta relinquerent atque **in orbem** consisterent: V 33, 3.

δδ): eum (locum) ab his, qui **in** superiore acie constiterant, muniri iussit: I 24, 3; ¶ nostri, simul in arido constiterunt, . . . impetum fecerunt: IV 26, 5; ¶ illi . . . prius in hostium castris constiterunt, quam: III 26, 3; ¶ postero die procul a castris hostes in collibus constiterunt: V 17, 1; ¶ cum ⟨*c*⟩ in dextro cornu legio duodecima et non magno ab ea interuallo septima constitisset: II 23, 4; legio, quae in eo cornu constiterat, locum non tenuit ⟨*c*⟩: 1, 44, 5; ¶ militibus . . . simul et de ⟨*c*⟩ nauibus desiliendum et in fluctibus consistendum . . . erat: IV 24, 2; ¶ hostes . . . in foro ac locis patentioribus ⟨*c*⟩ cuneatim constiterunt, hoc animo, ut . . .: VII 28, 1; ¶ alii (censent), ut in iugo consistant: VI 40, 3; at ii ⟨*c*⟩, qui in iugo constiterant ⟨constiterunt β⟩, . . . neque . . . permanere . . . neque . . . imitari potuerunt ⟨*c*⟩: VI 40, 6; ¶ relinquebatur, ut . . . rursus in locis superioribus consisterent: 1, 79, 4; (Pompeiani) ex iniquo progressi loco in summo constiterant: 3, 51, 6; VII 28, 1 *u.* in foro; ¶ quod nostros iam constitisse in munitionibus uidebant: VI 41, 1; ¶ ut in sinistra

parte acie ⟨c⟩ (milites) constiterant: II 23, 1; ¶ (Baculus) capit arma a proximis atque in porta consistit: VI 38, 2; ¶ neque uero diutius qui in uallo constiterant multitudinem telorum sustinere potuerunt: 3, 95, 4.

εε): postero die . . . sub castris Afranii constitit: 1, 41, 2; ¶ eorum ut quisque primus uenerat, sub muro consistebat: VII 48, 2; hostem . . . se ad oppidum Ilerdam recipere et sub muro consistere cogit: 1, 45, 1; ¶ (pugnabatur loco iniquo,) quod sub ipsis radicibus montis constiterant (nostri): 1, 45, 6.

γ) **addit. aduerb.**; αα): qua (legione) pulsa . . . futurum, ut reliquae contra consistere non auderent: II 17, 3.

ββ): quae (septima legio) iuxta constiterat: II 26, 1.

γγ): Afranius . . . collem quendam nactus ibi constitit: 1, 70, 3; ¶¶ ne committeret, ut is locus, ubi constitissent ⟨constituissent Q^1β⟩, ex calamitate populi Romani . . . nomen caperet: I 13, 7; ne saucio quidem eius loci, ubi constiterat, relinquendi . . . facultas dabatur: III 4, 4; ex eo loco cum legione *regressus, ubi constiterat ⟨legio *add. Paul*⟩: VII 49, 3; ab ⟨c⟩ dextro cornu, ubi septima legio constiterat: VII 62, 3; (milites) uniuersi ex uallo, ubi constiterant, significare coeperunt: 1, 86, 2.

δ) **addit. abl.**; αα): quae (legio decima) pro subsidio paulo aequiore loco constiterat: VII 51, 1; etsi (equitatus) deiectis ⟨c⟩ atque inferioribus locis constiterat: 1, 46, 3; Afranius . . . noua re perterritus locis superioribus constitit ⟨consistit *Ciacc.*⟩ aciemque instruit: 1, 65, 1; (Curio) productos eodem loco, quo superioribus diebus constiterat, in acie conlocat: 2, 33, 4.

ββ): item equites Ariouisti pari interuallo constiterunt: I 43, 2; II 23, 4 *u.* β) δδ) in cornu; ¶ cum hae ⟨c⟩ (cohortes) perexiguo intermisso loci *(uncis includ. Np.)* spatio inter se constitissent: V 15, 4.

b) de nauibus: circiter CCXX ⟨c⟩ naues . . . profectae ex ⟨c⟩ portu nostris aduersae constiterunt: III 14, 2.

B. = *ἐπέχειν, μένειν, παύεσθαι*; **a)** = **non longius progredi; α) de militibus; αα) simpl.**: consistit ⟨β; constitit α; *Fr.*⟩ agmen; impedimenta inter ⟨*u. CC*⟩ legiones recipiuntur: VII 67, 3; — nauium figura . . . permoti barbari constiterunt: IV 25, 2; — eius aduentu hostes constiterunt: IV 34, 1; neque sui colligendi neque consistendi aut ex essedis desiliendi facultatem (hostibus) dederunt: V 17, 4; — reprehendit, quod . . . neque signo recipiendi dato constitissent (milites) neque . . .: VII 52, 1; ¶ (legionisque ⟨c⟩ decimae . . . continuo ⟨*u. CC*⟩ signa constituit ⟨constiterunt β; *Schn.*⟩: VII 47, 1;) relinquebatur ⟨c⟩, ut . . . legionum signa consistere iuberent: 1, 79, 4.

hunc (Varum) . . . pauci Caesaris consecuti milites consistere coegerunt: 1, 13, 3; ¶ tum uero . . . consistunt necessario et . . . castra ponunt (Afraniani): 1, 81, 1; ¶ adeo ut, cum Caesar signa fugientium manu prenderet et consistere iuberet, alii . . ., alii . . . signa dimitterent, neque quisquam omnino consisteret: 3, 69, 4; ¶ cum ab extremo agmine ad quos uentum erat consisterent fortiterque impetum nostrorum militum sustinerent: II 11, 4.

ββ) **add. praep. c. subst.**: nuntiatur Afranio, magnos commeatus ⟨c⟩ . . . ad flumen constitisse: 1, 51, 1; ¶ sed nostri milites . . . sua sponte cursum represserunt et ad medium fere spatium constiterunt: 3, 93, 1.

reliquos . . . ne in locis quidem superioribus consistere patiuntur: III 6, 2; ¶ Pompeiani in quodam monte constiterunt: 3, 97, 4.

cum prope Dyrrhachium Pompeius constitisset castraque metari iussisset: 3, 13, 3.

γγ) **add. aduerb.**: neque ibi constitit (Pompeius), sed eadem celeritate . . . ad mare peruenit: 3, 96, 4.

δδ) **add. abl.**: (Curio) confecto iam labore exercitu XVI milium spatio constitit: 2, 41, 1.

β) **de aliis**: est . . . Gallicae consuetudinis, uti et uiatores etiam inuitos consistere cogant et: IV 5, 2.

ipse (Pompeius) ad ancoram unam noctem ⟨unam noctem *ego*; una (unam *a*) nocte *codd.*; *edd.*⟩ constitit: 3, 102, 4; ¶¶ nostrae naues duae . . . in noctem coniectae . . . contra Lissum in ancoris constiterunt: 3, 28, 1; accedebat, ut (naues) . . . in uadis consisterent (= *haererent, adhaerescerent*) tutius ⟨*u. CC*⟩: III 13, 9.

b) = **manere, resistere, sustinere**: ut eorum (equitum) nemo consisteret omnesque conuersi . . . loco excederent: 3, 93, 5.

qua (Haeduorum ciuitate) traducta locum consistendi Romanis in Gallia non fore: VII 37, 3; ¶ reliqui sese confirmant tantum, ut in munitionibus consistere audeant: VI 38, 5; sic ut ipsis consistendi in suis munitionibus locus non esset: 2, 16, 2; ¶ in ⟨c⟩ muro consistendi potestas erat ⟨c⟩ nulli: II 6, 3.

c) = **considere, domicilium conlocare**: hoc proprium uirtutis existimant expulsos agris finitimos cedere neque quemquam prope ⟨se

add. β⟩ audere consistere ⟨considere *Paul*⟩: VI 23, 2; ¶ qui (ciues Romani) negotiandi causa ibi constiterant: VII 3, 1; idem facere cogunt eos, qui negotiandi causa ibi constiterant: VII 42, 5.

2. trsl.; A. = **quiescere**: qua noua re oblata omnis administratio belli consistit: 2, 12, 1 (*Np.* 2).

B. consistere in alqa re = constare, positum esse in: maiorque pars eorum uictus in lacte, caseo ⟨*c*⟩, carne consistit: VI 22, 1; ¶ uita omnis in uenationibus atque in studiis rei militaris consistit: VI 21, 3; ¶¶ neque erat quisquam omnium, quin in ⟨*3 dett.; om. rell.*⟩ eius diei casu suarum omnium fortunarum euentum consistere existimaret: 2, 5, 4; ¶ omnium superiorum dimicationum fructum in eo die atque hora docet consistere: VII 86, 3; ¶ sic omnium ordinum partes in misericordia constitisse, ipsos duces a pace abhorruisse: 1, 85, 3; ¶ ita in ⟨*add. f; om. Oahl; edd.*⟩ exiguo tempore magnoque casu totius exercitus salus constitit: 3, 14, 3; cum illi ⟨*c*⟩ celerem in ea re uictoriam, hi salutem suam consistere uiderent: 3, 111, 5; ¶ cum in ⟨*om. AQ*⟩ una uirtute omnis spes salutis ⟨*om.* β⟩ consisteret: II 33, 4; cum omnis Gallicis nauibus spes in uelis armamentisque consisteret: III 14, 7; ¶ uictoria: 3, 111, 5 *u.* salus.

Consistere infestis signis: VII 51, 3; **pro subsidio:** VII 51, 1; **procul a castris:** V 17, 1.

Aduerb.: (continuo: VII 47, 1;) cuneatim: VII 28, 1; necessario: 1, 81, 1; plane: 2, 26, 4; (prope: VI 23, 2;) rursus: 1, 79, 4; sua sponte: 3, 93, 1; tutius: III 13, 9.

consobrinus: Vercassiuellauno Aruerno, consobrino ⟨consubrino α⟩ Vercingetorigis, summa imperii traditur: VII 76, 3.

consolor. A. alqm: postero die contione habita . . . milites consolatur et confirmat: V 52, 5; sic milites consolatus ⟨β; consolatos α⟩ eodem die reducit in castra: VII 19, 6; ¶¶ consolatus Indutiomarum hortatusque est, uti in officio maneret: V 4, 2.

B. omisso obiecto: postero die concilio conuocato consolatus cohortatusque est, ne se admodum animo demitterent: VII 29, 1; consolatus rogat, finem orandi faciat: I 20, 5; ubi . . . flentes ab eo salutem petiuerunt, consolatus consurgere iussit: 3, 98, 2.

conspectus. A. subiect.: non enim has (naues) aut conspectus patriae aut propinquorum praecepta ad extremum uitae periculum adire cogebant: 2, 7, 1;

B. obiect.: neque uero conspectum aut impetum nostrorum tulerunt: 3, 51, 2; (VII 19, 4 *u.* perferre;) ¶ quod ipse animo non defecerat . . . neque *se* in occultum abdiderat et conspectum multitudinis fugerat: VII 30, 1; ¶ (indignantes milites,) quod conspectum suum ⟨sui *A*⟩ hostes perferre ⟨ferre β⟩ possent tantulo spatio interiecto: VII 19, 4.

C. c. praepos.: a) ex: nec plane etiam (Ambiorigem) abisse ex conspectu: VI 43, 4; unum ipsius nauigium . . . auxilio tempestatis ex conspectu abiit ⟨abit *Ohl*⟩: 2, 22, 4; ¶ celeriter ex conspectu castrorum ⟨aduersariorum *l*[1]⟩ discessit: 3, 75, 2; ¶ primum suo, deinde omnium ex conspectu ⟨ex consp. *delend. censet Ciacc.*⟩ remotis equis: I 25, 1.

b) in conspectum: neque ab eo prius Domitiani milites discedunt, quam in conspectum ⟨-tu *a*⟩ Caesaris deducatur: 1, 22, 2; ¶ matres familiae . . . liberos in conspectum proferre coeperunt: VII 48, 3; ¶ Curio numquam se amisso exercitu . . . in eius (Caesaris) conspectum reuersurum confirmat: 2, 42, 4; ¶ ut non prius fuga desisterent, quam in conspectum ⟨conspectu β⟩ agminis nostri uenissent: IV 12, 2; postea uero quam equitatus noster in conspectum ⟨conspectu *AQ*⟩ uenit, hostes . . . terga uerterunt: IV 37, 4; maximeque opus esse (confirmant) in conspectum ⟨*b*[1]; conspectu *Ox*⟩ exercitum ⟨exercitui *Plugg.*; *an* exercitus?⟩ uenire et conloquendi dare facultatem: 2, 27, 3; (non audistis) haec acta diebus XL, quibus in conspectum ⟨-tu *al*⟩ aduersariorum uenerit Caesar? 2, 32, 5; (neque ullum laborem . . . despiciens † neque ⟨ne quod *Oud.*; *Np.*, *Db.*⟩ subsidium exspectans, si in Caesaris complexum ⟨expectanti Caesari in conspectum *Np.*, *Db.*⟩ uenire posset: 3, 8, 4;) quos ille, cum in conspectum ⟨-tu *Oa*⟩ eius uenissent, corripi . . . iussit: 3, 109, 5.

c) in conspectu: ita se . . . de populo Romano meritos esse, ut paene in conspectu exercitus nostri agri uastari, liberi eorum in seruitutem abduci, oppida expugnari non debuerint: I 11, 3; ¶ filiumque puerili aetate in publico in conspectu patris adsistere turpe ducunt: VI 18, 3; ¶ omnes alarios in conspectu hostium pro castris minoribus constituit: I 51, 1; ¶ quod in conspectu Caesaris atque omnis exercitus res gerebatur: III 14, 8; quod in conspectu omnium res gerebatur: VII 80, 5; ¶ quos in conspectu ⟨conspectum β⟩ Galliae interficere uereretur: V 6, 5; omnesque ab eis circumuenti in conspectu utriusque exercitus interficiuntur: 1, 70, 5; qui omnes . . .

in eius conspectu ⟨conspectum *NO*⟩ crudelissime interficiuntur: 3, 28, 4; Labienus . . . captiuos . . . in omnium conspectu interfecit: 3, 71, 4; ¶ cum pro se quisque in conspectu imperatoris etiam in ⟨*c*⟩ extremis suis rebus operam nauare cuperet: II 25, 3; ¶ quorum pars deprehensa in conspectu nostrorum militum cum cruciatu necabatur ⟨*c*⟩: V 45, 1; qui ex iis nouissimus conuenit ⟨*c*⟩, in conspectu multitudinis omnibus cruciatibus adfectus necatur: V 56, 2; ¶ cum uterque utrimque exisset exercitus, in conspectu fereque e regione Caesaris ⟨*Paul;* castris *X*⟩ castra ponebat (Vercingetorix) ⟨cum uterque utrique esset exercitui in conspectu fereque e regione castris castra poneret *β*⟩: VII 35, 1; ¶ uestigio temporis primum agmen erat in conspectu: 2, 26, 2; — qui (mons) erat in conspectu omnium excelsissimus: 1, 70, 4.

conspicio. A. sequ. obiect.: omnes uici atque omnia aedificia, quae quisque conspexerat, incendebantur: VI 43, 2; ¶ hoc explorato loco Curio castra Vari conspicit muro oppidoque coniuncta . . ., admodum munita natura loci: 2, 25, 1; ¶ ne ex hostium castris conspici possent (cohortes): III 26, 2; ¶ quem (equitatum) simul atque oppidani conspexerunt: VII 12, 5; ¶ ubi primum (hostes) nostros equites conspexerunt: IV 12, 1; ¶ neque homini neque ferae, quam conspexerunt ⟨conspexerint *Q*²*β*; *Aim.*⟩, parcunt (uri): VI 28, 2; ¶ in omnibus partibus incendia conspiciuntur: VII 15, 2; ¶ milites . . . cursu incitato in summo colle ab hostibus conspiciebantur: II 26, 3; quos (milites) ubi Afranius procul uisos cum Petreio conspexit: 1, 65, 1; ¶ quaeque (quisque) prima signa ⟨signa pr. *β*⟩ conspexit, ad haec constitit: II 21, 6; commisso . . . proelio signa legionum duarum procul ab utrisque conspiciuntur: 1, 40, 7; ¶ haec (tragula) . . . adhaesit neque ab nostris biduo animaduersa tertio die a quodam milite conspicitur: V 48, 8; ¶ uicos: VI 43, 2 *u.* aedificia.

quos cum apud se in castris Ariouistus conspexisset: I 47, 6.

B. sequ. acc. c. particip.; a) ptc. praes.: ubi (hostes) ex litore aliquos singulares ex naui egredientes conspexerant: IV 26, 2; quos laborantes conspexerat, his subsidia submittebat: IV 26, 4; cum Titurius procul Ambiorigem suos cohortantem conspexisset: V 36, 1; qui (Pompeius) paulo ante ex castris fugientes suos conspexerat: 3, 70, 1.

(subaudiendum est ptc.:) hos item ⟨alii *add. Ald.*⟩ ex proximis [primis] nauibus cum (desilientes) conspexissent ⟨*u. CC*⟩: IV 25, 6.

b) ptc. pf.: cum . . . iam omnia fere superiora loca multitudine armatorum completa conspicerentur: III 3, 2; ibi in omnibus collibus expositas hostium copias armatas conspexit: IV 23, 2; longius delatus aestu orta luce sub sinistra Britanniam relictam conspexit: V 8, 2; postquam (Marcius Rufus) in litore relictam nauem conspexit: 2, 23, 5; (2, 25, 1 *u.* **A.** castra.)

C. sequ. acc. c. inf.: qui (calones) ab ⟨*c*⟩ decumana porta ac summo iugo collis nostros uictores flumen transisse ⟨transire *β*⟩ conspexerant: II 24, 2; ubi paulatim retorqueri agmen ad dextram ⟨*c*⟩ conspexerunt iamque . . . animum aduerterunt: 1, 69, 3.

conspicor. A. sequitur accus.; a) subiect. sunt homines; α): progressus milia passuum XXV agmen Haeduorum conspicatus . . . iter eorum moratur: VII 40, 4; ¶ ipse noctu progressus milia passuum circiter XII hostium copias conspicatus est: V 9, 2; ¶ multis in ciuitatibus harum rerum exstructos cumulos ⟨*Ald.;* tumulos *X; edd.*⟩ locis consecratis ⟨*c*⟩ conspicari licet: VI 17, 4; ¶ *quae* (cohortes) procul equitatum Caesaris conspicatae . . . ad eum transeunt: 1, 24, 3; ¶ aquilifer . . . conspicatus † equites ⟨fugientes *Hartz;* contestatus recipientes *Kraff.*⟩ nostros . . . inquit: 3, 64, 3; ¶ Allobroges . . . conspicati *in* itinere exploratores Domitii . . . cuncta . . . exposuerunt: 3, 79, 6; ¶ quarum ⟨*c*⟩ cohortium ⟨*c*⟩ milites ⟨*c*⟩ postero die ante oppidum Iuba conspicatus . . . magnam partem eorum interfici iussit: 2, 44, 2; ¶ circiter milia passuum quattuor progressus trans uallem ⟨*c*⟩ et riuum multitudinem hostium conspicatur: V 49, 5; ¶ barbari signa procul conspicati oppugnatione desistunt: VI 39, 4; ¶ (tumulos: VI 17, 4 *u.* cumulos.)

quae (cohortes) fugientes conspicatae neque illos . . . confirmare potuerunt neque: 3, 64, 1; (3, 64, 3 *u. s.* equites;) ¶ Vercingetorix ex arce ⟨*c*⟩ Alesiae suos conspicatus ex oppido egreditur: VII 84, 1.

β): conspicati ex oppido caedem et fugam suorum . . . copias . . . reducunt: VII 88, 5; ¶ quique hos sequebantur celerem eorum receptum conspicati restiterunt: 3, 38, 3.

id conspicati Heluetii . . . rursus instare . . . coeperunt: I 25, 6.

(omisso obiecto:) hunc (montem) cum . . . caetrati peterent, conspicatus (id) equitatus Caesaris . . . impetum facit ⟨*c*⟩: 1, 70, 5.

b) subiect. (metonym.) sunt res (naues): conspicataeque naues triremes duae nauem D. Bruti . . . sese in eam incitauerant: 2, 6, 4; ¶¶ hunc (Domitium) conspicatae naues, quae . . . excubabant, . . . sequi coeperunt: 2, 22, 3.

B. sequ. **duplex acc. uel acc. c. ptc.:** uacua castra hostium Caesar conspicatus . . . raros milites . . . traducit: VII 45, 7; ¶ tum calones perterritos hostes conspicati . . . armatis occurrerunt ⟨*c*⟩: II 27, 1; (VI 17, 4 *u.* **A. a)** cumulos.)

C. sequ. **interrog. obliqua:** Labienus . . . ex loco superiore quae res in nostris castris gererentur conspicatus . . . misit: II 26, 4.

conspiro: prius quam plures ciuitates conspirarent, partiendum sibi . . . exercitum putauit: III 10, 3.

milites legionis VIIII. subito conspirati ⟨conspicati *O;* constipati *Faern.*⟩ pila coniecerunt: 3, 46, 5.

constanter: hi constanter omnes nuntiauerunt . . .: II 2, 4.

cum item ab hostibus constanter ac non timide pugnaretur: III 25, 1.

constantia: quantum haberet in se boni constantia: I 40, 6; ¶ Pompeius . . . senatus uirtutem constantiamque conlaudat: 1, 6, 1; ¶ an . . . de eorum fide constantiaque dubitatis: VII 77, 10.

consterno, are: sic sunt animo consternati ⟨confirmati *Np.; u. CC*⟩ homines insueti laboris, ut omnia, quae imperarentur, sibi patienda ⟨*c*⟩ existimarent: VII 30, 4.

2, 11, 2; ¶ (quidquid incidit, fastigio musculi elabitur ⟨delab. *O recte, ut uidetur*⟩: 2, 11, 1.)

delecto: illum (Pompeium) delectari imperio et consulares praetoriosque seruorum habere numero: 3, 82, 3; ¶ (iumentis,) quibus maxime Galli delectantur ⟨gallia delectatur β⟩ quaeque impenso ⟨c⟩ parant pretio: IV 2, 2.

delectus, us *u.* **dilectus.**

delego, are: M. † itfiuium, quem mihi commendas, uel regem Galliae faciam uel hunc Leptae delegabo, si uis; tu ⟨*Lamb.;* uel Leptae legatum, si uis; tu *Crat.;* uel Leptide legatum, si uis; tu *Rutgers.;* uel hunc leptae delega si uis tu *cod. Med ;* uel tertiae legionis legatum *Manut.*⟩ ad me alium mitte, quem ornem: *ap. Cic. ad fam.* VII 5, 2.

delego, ere *u.* **deligo.**

deleo. A. c. subst. concr.: deletis omnibus copiis equitatum ⟨tantum *add.* β⟩ se ex fuga recepisse: VI 41, 3; nisi . . . milites essent defessi, omnes hostium copiae deleri potuissent: VII 88, 6; ¶ alius deleto exercitu atque imperatore uictores barbaros uenisse contendit: VI 37, 7; his tantis malis haec subsidia succurrebant, quo minus omnis deleretur exercitus: 3, 70, 1; ¶ nullum eius modi casum exspectans, quo dispersis ac paene deletis hostibus . . . offendi posset: VI 36, 2; hos ⟨*om.* β⟩ omnes (hostes) cotidie ab equitibus ⟨equitatu β⟩ deleri ⟨β; diligi *AQM;* deligi *B?;* deici *coni. Oud.; u. CC*⟩ posse: VII 14, 4; ¶ imperatorem: VI 37, 7 *u.* exercitum; ¶ non posse ⟨c⟩ milites contineri, quin spe ⟨c⟩ praedae in urbem inrumperent urbemque delerent: 2, 12, 4 (*Np.* 5).

(neque uero Pompeius . . . moram ullam ad insequendum intulit, sed † eadem spectans ⟨*sic codd.;* sed deleturum sperans *Vielh.; u. CC*⟩, si *in* itinere impeditos . . . deprehendere posset, exercitum . . . eduxit: 3, 75, 3.)

B. c. subst. abstr.: nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin a proximis retineatur: *ap. Gell.* V 13, 6; ¶ ut turpitudinem fugae uirtute delerent (equites): II 27, 2.

delibero. A. abs.: legatis respondit, diem se ad deliberandum sumpturum: I 7, 5.

B. alqd: illi (consules) deliberata re ⟨*Grut.; om. codd.*⟩ respondent ⟨deliberato respondent *Lips.*⟩: 1, 10, 2; se . . . re deliberata post diem tertium ad Caesarem reuersuros: IV 9, 1.

C. de: consilio conuocato ⟨c⟩ de summa rerum deliberare (Curio) incipit: 2, 30, 1; deliberatur ⟨β; dicebatur α; *Schn.:* confligebant *Fr.*⟩ de Auarico in communi concilio, incendi placeat ⟨β; placeret α; *edd.*⟩ an defendi: VII 15, 3.

delibro: truncis arborum aut ⟨c⟩ admodum firmis ramis abscisis atque horum delibratis ac praeacutis cacuminibus perpetuae fossae . . . ducebantur: VII 73, 2.

delictum: nam maiore commisso delicto igne ⟨c⟩ atque omnibus tormentis necat: VII 4, 10; ¶ grauissimumque ei rei supplicium ⟨grauissimumque ibi suppl. horum delictorum β⟩ cum cruciatu constitutum est: VI 17, 5.

deligo, are alqd ad: monet, ut tragulam cum epistula ad ammentum deligata ⟨deligatam *M*⟩ intra munitionem castrorum abiciat: V 48, 5; ¶ (naues) onerarias, quae ad ancoras erant deligatae: IV 29, 2; eo minus ueritus nauibus, quod in litore molli atque aperto deligatas ad ancoras ⟨β; ancoram α; *edd.*⟩ relinquebat: V 9, 1; — neque lignandi . . . neque naues ad terram deligandi ⟨*Plugg.;* religandi *codd.; edd.*⟩ potestas fiebat (Bibulo): 3, 15, 2; is (Acilius) naues nostras interiorem in portum ⟨c⟩ . . . reduxit et ad terram deligauit: 3, 39, 2; naues longas adgressus, quae erant deligatae ⟨delegatae *a*⟩ ad terram atque inanes: 3, 40, 4; ¶ qui (Ariouistus) nauiculam deligatam ad ripam nactus ea profugit: I 53, 3.

deligo, ere. I. Forma: *Scriptum est* diligere *pro* deligere *his locis:* III 18, 1 diligit *in* B^1MQ^1 dirigit *in hk);* VII 83, 4 diligunt *in* A^1Q^1; VII 76, 4 dilecti *in* A^1Q; V 11, 3 diligit *in A;* diligi *in* a^1*(?);* VI 10, 2 diligit *in* B^1; III 23, 5 diliguntur *in* B^1; *reliquis 23 (24) locis omnes codd. habent* deligere; ¶ delegere *pro* deligere *inuenitur his locis:* I 3, 3 delegitur *in MQaf:* V 11, 3 delegit *in Q;* VII 16, 1 delegit *in A;* VII 83, 4 delegunt *in* B^2; — III 18, 1 delegit *est in* $AQ^2B^2a^1$, dilegit *in* B^1MQ^1, deligit *in* a^2, dirigit *in hk: quo loco Schn.* delegit *praesens esse censet. Idem Schn.* VII 83, 4 delegunt *recepit.* — *Perf.* delegit *exstat* I 49, 1; 1, 84, 2.

II. Signif.; 1. c. simpl. acc.; A. non additur, cui rei uel quo consilio; a) alqm: (defensores oppido: VII 15, 6 *u.* **B. a)**;) ¶ re frumentaria comparata equitibusque delectis iter in ea loca facere coepit: IV 7, 1; ¶ itaque ex legionibus fabros deligit ⟨deligi β⟩ et ex continenti alios arcessi ⟨c⟩ iubet: V 11, 3; ¶ idoneum quendam hominem et callidum (Sabinus) delegit, Gallum, ex iis, quos

auxilii causa secum habebat: III 18, 1; (homines: VII 21, 2; 71, 3 *u.* milia;) duobusque milibus hominum armatis, partim quos ex familiis societatum delegerat, partim a negotiatoribus coegerat: 3, 103, 1; ¶ etsi sine ullo periculo legionis ⟨legioni *Ciacc.*⟩ delectae cum equitatu proelium fore uidebat: I 46, 3; (Caesar † relictis ⟨delectis *Wölff.*: *u.* *CC*⟩ legionibus subsequitur: 1, 80, 4;) ¶ statuunt, ut X milia hominum delecta ex omnibus copiis ⟨β; locis α; *Fr.*, *Db*; ex omn. cop. *delend. censet Vielh.*⟩ in oppidum mittantur ⟨*c*⟩: VII 21, 2; milia hominum delecta LXXX una secum ⟨.LXXX. delecta secum β⟩ interitura demonstrat: VII 71, 3; cognitis per exploratores regionibus ⟨*c*⟩ duces hostium LX milia ⟨*om.* α⟩ ex omni numero deligunt earum ciuitatum ⟨*c*⟩, quae maximam uirtutis opinionem habebant: VII 83, 4; (3, 103, 1 *u.* homines;) ¶ infirmiores milites ex omnibus centuriis deligi iubet, quorum . . . uires uidebantur sustinere non posse: 1, 64, 5; eoque milites delectos imposuit (Antonius): 3, 24, 1.

(si qui ex reliquis (druidibus) excellit dignitate, succedit, aut si sunt plures ⟨*c*⟩ pares, suffragio druidum ⟨adlegitur *add.* β; deligitur *add.* A^3c^2; *Whitte*⟩, non numquam etiam armis de principatu contendunt: VI 13, 9;) his delecti ex ciuitatibus attribuuntur, quorum consilio bellum administraretur: VII 76, 4; (hae copiae, quas uidetis, ex dilectibus ⟨*b*; delectis *uel* dilectis *Ox*⟩ horum annorum in citeriore Gallia sunt refectae: 3, 87, 5.)

b) alqd: (instructo exercitu magis ut loci natura deiectusque ⟨delectusque *X*; *Db.*, *Hld.*⟩ collis . . . quam ut rei militaris ratio . . . postulabat: II 22, 1;) ¶ hunc (locum) esse delectum medium fere regionum earum, quas Suebi obtinerent: IV 19, 3; uenitur in eum locum, quem Caesar delegit: 1, 84, 2.

B. additur a) dat.: defensores oppido idonei deliguntur: VII 15, 6; ¶ huic rei idoneos homines deligebat: VII 31, 2; ¶¶ ultra eum locum . . ., circiter passus sescentos ab his, castris idoneum locum delegit: I 49, 1; exploratores centurionesque praemittit, qui locum idoneum castris ⟨castr. idon. β⟩ deligant: II 17, 1; loci natura erat haec, quem locum nostri castris delegerant: II 18, 1; rem frumentariam prouidet, castris idoneum locum deligit: VI 10, 2; (Vercingetorix) locum castris deligit paludibus siluisque munitum ab Auarico longe milia passuum XVI: VII 16, 1; loco castris idoneo delecto reliquas copias reuocauit: VII 35, 5; — qui . . . postularent, uti aliquem locum medium utriusque ⟨*CC*⟩ conloquio (Ariouistus) deligeret ⟨diceret *ik*; *Schn.*⟩: I 34, 1; — uti . . . potirentur (Heluetii) locumque domicilio ex magna copia deligerent, quem . . . fructuosissimum iudicassent: I 30, 3; consensu eorum omnium pace facta hunc sibi domicilio locum delegerunt (Aduatuci): II 29, 5.

b) ad: ([ad eas res conficiendas *add. codd.*; *del. Whitte*; *Fr.*] Orgetorix [deligitur. is *add. codd.*; *edd.*; *del. Whitte*; *Fr.*; *u.* *CC*] sibi legationem ad ciuitates suscepit: I 3, 3;) ¶ principesque earum ciuitatium ⟨*c*⟩, quos sibi ad consilium capiendum (Vercingetorix) delegerat, . . . conuenire ⟨*c*⟩ iubebat: VII 36, 3.

c) causa: quos (pedites) ex omni copia singuli (equites) singulos suae salutis causa delegerant: I 48, 5.

d) enuntiat. finale: cum bellum ciuitas aut inlatum defendit aut infert, magistratus qui ei bello praesint et ⟨*Ciacc.*; ut *codd.*; *edd.*⟩ uitae necisque habeant potestatem, deliguntur: VI 23, 4.

2. c. dupl. acc.: duces uero ii ⟨*AQ*; hi *BM*[1]β⟩ deliguntur, qui una cum Q. Sertorio omnes annos fuerant: III 23, 5.

Deligere ex: I 30, 3; 48, 5; (III 18, 1;) V 11, 3; VII 21, 2; 76, 4; 83, 4; 1, 64, 5; 3, 103, 1; ¶ **sibi delig.:** II 29, 5.

delitesco: suspicati hostes huc nostros esse uenturos noctu in siluis delituerant: IV 32, 4.

Delmatae *u.* **Dalmatae.**

Delphi: Calenus Delphos, Thebas, [et] Orchomenum uoluntate ipsarum ciuitatium ⟨*c*⟩ recepit ⟨*c*⟩: 3, 55, 3.

dementia: exspectare uero, dum hostium copiae augerentur equitatusque reuerteretur, summae dementiae esse iudicabat: IV 13, 2.

demeto: quod omni ex reliquis partibus demesso frumento pars una erat reliqua: IV 32, 4.

demigro: (tanta . . . uirtus . . . fuit, ut . . . non modo † demigrandi causa ⟨restinguendi causa *Ciacc.*; *spuria iudicat Pramm.*⟩ de uallo decederet nemo, sed: V 43, 4;) ¶ (Suebos) nuntios dimisisse, uti de oppidis demigrarent, liberos, uxores suaque omnia in siluis deponerent: IV 19, 2; ¶ (Menapii) tantae multitudinis aditu ⟨*c*⟩ perterriti ex iis ⟨his *X*⟩ aedificiis, quae trans flumen habuerant, demigrauerunt (-arunt *f*): IV 4, 3.

deminuo. *Forma* deminuo *est in X:* VII 33, 2; 43, 4; I 18, 8 *(sed h. l.* dimin. *in A*

corr.); in z: 1, 52, 2 (dimin. *in O*); *in AQβ*: I 53, 6 (dimin. *in BM*); *in za* VII 73, 1 (dim. *in fh*); *in β*: VII 31, 4 (dim. *in z*); *in (X)hl:* 2, 31, 4; 3, 2, 3 *(his 2 loc.* dim. *in Oaf): in l:* 3, 67, 3 (dim. *in Oafh*).

A. alqd: ut deminutae copiae redintegrarentur, imperat certum numerum militum ciuitatibus: VII 31, 4; erat ... et materiari et frumentari et tantas munitiones fieri necesse deminutis nostris copiis ⟨cop. nostr. β⟩: VII 73, 1; ¶ eae ⟨*c*⟩ ipsae copiae hoc infrequentiores imponuntur, quod ... longum iter ex Hispania magnum numerum deminuerat: 3, 2, 3; in quibus erat legio nona multis amissis centurionibus deminutoque militum numero: 3, 67, 3; ¶ (odisse Dumnorigem Romanos,) quod eorum aduentu potentia eius deminuta ... sit: I 18, 8; ¶ militum uires inopia frumenti deminuerat: 1, 52, 2.

B. alci alqd: quod illis licentiam timor augeat noster, his studia deminuat: 2, 31, 4.

C. (alqd) de *u.* **de B. b)** *p. 813 (3 loc.).*

deminutio: quod (sacramentum) deditione ducis et capitis deminutione sublatum est: 2, 32, 9.

demissio: ubi quantum storiarum demissio patiebatur, tantum eleuarant ⟨*c*⟩, intra haec tegimenta abditi ... parietes lateribus exstruebant: 2, 9, 6.

demitto. A. propr.: a) alqm: α): non nullae (matres familiae) de muris ⟨muro β⟩ per manus demissae ⟨dim. z⟩ sese militibus ⟨*c*⟩ tradebant: VII 47, 6.

β) se in locum: cum se maior ⟨*om.* β⟩ pars agminis in magnam conuallem demisisset ⟨dimississet *BM;* dimisset *Aβ*⟩: V 32, 2; — ii, qui in iugo constiterant, ... se in castra recipere conati iniquum in locum demiserunt ⟨dimiserunt *Mh*⟩: VI 40, 6; ubi neminem in aequum locum sese demittere ⟨dimittere *X*⟩, sed toto undique muro circumfundi uiderunt: VII 28, 2; relinquebatur, ut ... repente incitati cursu sese in ualles uniuersi demitterent ⟨dimitt. *Ox*⟩: 1, 79, 4; P. Attii equitatus omnis et una leuis armaturae ⟨*Ald.:* armatura et *codd.*⟩ interiecti complures, cum se in uallem demitterent ⟨dimitt. *codd.*⟩, cernebantur: 2, 34, 2.

b) alqd: Sequanos ... tristes capite demisso terram intueri: I 32, 2; ¶ (ut ... alii † dimissis equis eundem cursum confugerent ⟨*sic codd.;* demissis signis eund. curs. confic. *Oehl.; Db.; u. CC*⟩, alii [ex] metu etiam signa dimitterent: 3, 69, 4;) ¶¶ huc illi stipites demissi ⟨dimissi *za*⟩ et ab infimo reuincti ... ab ramis eminebant: VII 73, 3; huc teretes stipites feminis crassitudine ab summo praeacuti et praeusti demittebantur ⟨dimitt. *X*⟩ ita, ut non amplius digitis quattuor ex terra eminerent: VII 73, 6; ¶ has (angustias uallium) sublicis in terram demissis ⟨*2 dett.;* dimissis *rell.*⟩ praesaepserat: 3, 49, 4.

B. trsl.: postero die concilio conuocato consolatus cohortatusque est, ne se admodum animo demitterent, ne perturbarentur incommodo: VII 29, 1.

[**Falso** demittere *scriptum est in α pro* dimittere VII 71, 1.]

demissus ui adiect.: quarum (fossarum) interiorem campestribus ac demissis ⟨dimiss. *X*⟩ locis aqua ex flumine deriuata ⟨*c*⟩ compleuit: VII 72, 3; ita ⟨*c*⟩ illi necessario loca sequi demissa ⟨*l;* dimissa *Oafh*⟩ ac palustria et puteos fodere cogebantur: 3, 49, 5.

demississime: haec quam potest demississime ⟨demisiss. *codd.*⟩ et subiectissime exponit: 1, 84, 5.

demo: haec (tragula) casu ad turrim adhaesit, ... tertio die a quodam milite conspicitur, dempta ad Ciceronem defertur: V 48, 8; ¶ (reliquas copias ... misit † captis ⟨*zh;* craptis a^1e^1; demptis *recc.; uett. edd.; u. CC*⟩ quibusdam cohortibus: VII 35, 3; ut alii † dimissis equis ⟨demptis ei signis *Köchly; u. CC*⟩ eundem cursum confugerent: 3, 69, 4.)

demonstro. *In X* II 17, 2 *est* demonstrarunt; IV 27, 2 demonstraueram; — *in AQβ* IV 34, 5 demonstrauerunt, *in BM* demonstrauerant.

A. absol.: a) act.: α): dissipatis ac perterritis hostibus, ut demonstrauimus, manus erat nulla, quae: VI 35, 3; Aetolia, Acarnania, Amphilochis per Cassium Longinum et ⟨*c*⟩ Caluisium Sabinum, ut demonstrauimus, receptis ... existimabat: 3, 55, 1; noua Caesaris legio, cum se obiecisset Pompeianis copiis atque opere ⟨*c*⟩, ut demonstrauimus, circummuniret, castra eo loco posuit: 3, 66, 2.

β): cum ... saepibusque densissimis, ut ante demonstrauimus, interiectis prospectus impediretur ⟨*u. CC*⟩: II 22, 1; huius opera Commii, ⟨ita *add.* β; *Schn.*⟩ ut antea ⟨ante β⟩ demonstrauimus, fideli ... erat usus ... Caesar: VII 76, 1.

γ): Rhenumque (haec ciuitas), ut supra demonstrauimus, tangit: V 3, 1; Cassiuellaunus, ut supra demonstrauimus, omni deposita spe contentionis ... itinera nostra seruabat: V 19, 1; quod, ut supra demonstrauimus, minime omnes ⟨*CC*⟩ Germani agri culturae student: VI 29, 1; erat, ut supra demonstra-

uimus, manus certa nulla, non oppidum, non praesidium ⟨*c*⟩, quod: VI 34, 1; ii, qui ad alteram partem oppidi, ut supra demonstrauimus, munitionis causa conuenerant: VII 48, 1; qui ad Auximum, ut supra demonstrauimus, amissis cohortibus . . . in Africam peruenerat: 1, 31, 2; ¶ cum esset Caesar in citeriore Gallia [in hibernis], ita uti supra demonstrauimus: II 1, 1.

b) pass.; α): eruptionisque iam ante capto consilio, ut demonstratum est, . . . iubet: 3, 62, 1.

β): erant, ut supra demonstratum est, legiones Afranii III, Petrei duae: 1, 39, 1; castra enim, ut supra demonstratum est, cum essent inter flumina duo: 1, 48, 3; erat uallis inter duas acies, ut supra demonstratum est, non ita magna ⟨*c*⟩: 2, 34, 1; impositae, ut supra demonstratum est, legiones VII ⟨VI *Np.*⟩: 3, 6, 2; Bibulus, ut supra demonstratum est, erat ⟨*c*⟩ *cum* classe ad Oricum: 3, 15, 1; deductis orae maritimae praesidiis Caesar, ut supra demonstratum est, III cohortes Orici oppidi tuendi causa reliquit: 3, 39, 1.

B. sequitur a) obiect.; α): earum (nauium) modum formamque demonstrat ⟨monstrauit β⟩: V 1, 2; ¶ re demonstrata Aduatucisque concitatis postero die in Neruios peruenit: V 38, 2.

β) pron. relat.; αα) acc.: ad ea ⟨*om. a*⟩ castra, quae supra demonstrauimus ⟨monstrauimus *a*⟩, contendit: VII 83, 8; — superius tamen institutum in equitibus, quod demonstrauimus, seruabat: 3, 84, 3; eum, quem supra demonstrauimus, numerum expleuerat: 3, 4, 6; — his rebus animaduersis, quas demonstrauimus, . . . detraxit: 3, 89, 3; ¶¶ Gallum ab ⟨*c*⟩ eodem ⟨*c*⟩ Verticone ⟨*c*⟩, quem supra demonstrauimus, repetit ⟨*c*⟩: V 49, 2.

ββ) nom.: isdem de causis Caesar, quae supra sunt demonstratae, proelio non lacessit: 1, 81, 2; — huius Hercyniae siluae, quae supra demonstrata est, latitudo nouem dierum iter expedito patet: VI 25, 1; — animaduersum est ⟨*c*⟩ uitium munitionis, quod supra demonstratum est: 3, 63, 8.

γγ) alius casus attractione ortus: cum essent in quibus demonstraui angustiis: 3, 15, 6; — sescentas eius generis cuius supra demonstrauimus naues et longas XXVIII inuenit instructas: V 2, 2.

b) de: naues XVIII, de quibus supra ⟨*om. A*⟩ demonstratum est, quae equites sustulerant, . . . soluerunt: IV 28, 1; magnum (numerum) Albicorum, de quibus supra demonstratum est, imponunt: 1, 56, 2.

c) acc. c. inf.; α) act.; αα) praes.: Allobroges . . . se ad Caesarem recipiunt et demonstrant sibi praeter agri solum nihil esse reliqui: I 11, 5; quidam ex his . . . ad Neruios peruenerunt atque iis ⟨his *AQa*⟩ demonstrarunt inter singulas legiones impedimentorum magnum numerum intercedere neque esse quicquam negotii . . . adoriri; qua pulsa . . . futurum, ut: II 17, 2. 3; Pirustae legatos . . . mittunt, qui doceant nihil earum rerum publico factum consilio seseque paratos esse demonstrant . . . satis facere: V 1, 7; ad Cantium, quod esse ad mare supra demonstrauimus: V 22, 1; (principes) posse hunc casum ad ipsos recidere ⟨hunc cas. ad i. rec. posse β⟩ demonstrant ⟨monstrant *a*⟩: VII 1, 4; fit equestre proelium in ea planitie, quam intermissam collibus tria milia passuum in ⟨*c*⟩ longitudinem ⟨*c*⟩ patere supra demonstrauimus: VII 70, 1; omnem eam planitiem, quam in longitudinem III ⟨*c*⟩ milia ⟨*c*⟩ passuum ⟨*c*⟩ patere demonstrauimus, complent: VII 79, 2; is (L. Caesar) reliquo sermone confecto . . . habere se a Pompeio ad eum priuati ⟨*c*⟩ officii mandata demonstrat . . .: 1, 8, 2; magnopere sese confidere demonstrat, si eius rei sit potestas facta, fore, ut . . . ab armis discedatur . . .: 1, 26, 4; aditus duos, quos esse angustos demonstrauimus, magnis operibus praemuniuit: 3, 58, 1; munitionem, quam ⟨quae *ahl*⟩ pertinere ⟨pertingere *Ohl*⟩ a castris ad flumen supra demonstrauimus, . . . cohortes . . . sunt secutae: 3, 68, 2.

ββ) pf.: una cum his legatis Commius Atrebas uenit, quem supra demonstraueram a Caesare in Britanniam praemissum: IV 27, 2; interfectos esse legatos duo ⟨*c*⟩ magnamque partem exercitus interisse demonstrat: V 38, 3; Cingetorigem, . . . quem supra demonstrauimus Caesaris secutum fidem ab eo non discessisse ⟨*c*⟩, hostem iudicat ⟨*c*⟩: V 56, 3; Cingetorigi, quem ab initio permansisse in officio demonstrauimus, . . . imperium est traditum: VI 8, 9; Conuictolitauis Haeduus, cui magistratum adiudicatum ⟨adsignatum β⟩ a Caesare demonstrauimus, . . . conloquitur: VII 37, 1; equites . . . exponunt; summis copiis castra oppugnata demonstrant, cum crebro integri defessis succederent . . .: VII 41, 2; concurrunt (Haedui) ad Aristium, nihil publico factum consilio demonstrant: VII 43, 1; conuocatisque ad consilium ⟨*c*⟩ praefectis equitum uenisse tempus uictoriae (Vercingetorix) demonstrat . . .: VII 66, 3; maxime ad superiores munitiones laboratur, quo Vercassiuellaunum missum ⟨*om. M*⟩ demonstrauimus: VII

85, 4; concilio conuocato id ⟨*c*⟩ bellum se suscepisse ⟨*c*⟩ . . . communis libertatis causa demonstrat . . .: VII 89, 1; eadem fere atque eisdem uerbis ⟨*c*⟩ praetor Roscius agit cum Caesare sibique Pompeium commemorasse demonstrat: 1, 8, 4; demonstrauimus L. Vibullium Rufum . . . bis in potestatem peruenisse Caesaris atque ab eo esse dimissum: 3, 10, 1; eodem naues, quas demonstrauimus aggere et leuis armaturae militibus completas, . . . mittit: 3, 62, 3; fortissime ⟨*c*⟩ T. Pulione, cuius opera proditum exercitum C. Antonii demonstrauimus, e loco propugnante: 3, 67, 5; Allobroges, Raucilli atque Egi familiares, quos perfugisse ad Pompeium demonstrauimus, . . . cuncta . . . exposuerunt: 3, 79, 6; eademque ratione (D. Laelius), qua factum a Libone antea demonstrauimus, insulam . . . tenuit: 3, 100, 1.

γγ) fut.: nisi ita fecerint, sese bello ciuitatem persecuturum demonstrat: V 1, 8; si indiligentiores fuerint, milia hominum delecta LXXX una secum ⟨.LXXX. delecta secum β⟩ interitura demonstrat . . .: VII 71, 3.

β) pass.: ad flumen Axonam contenderunt, quod esse post nostra castra demonstratum est: II 9, 3; ¶ aduentu L. Vibullii Rufi, quem a Pompeio missum in Hispaniam ⟨*c*⟩ demonstratum est, . . . partiuntur: 1, 38, 1; erat in exercitu Vari Sex. Quintilius Varus, quem fuisse Corfinii supra demonstratum est: 2, 28, 1; ii, quos ad nouissimum agmen equorum reficiendorum causa substitisse demonstratum est, . . . sese incolumes in castra conferunt: 2, 42, 5.

d) interrog. obl.: paucitatemque nostrorum militum suis praedicauerunt (barbari) et quanta praedae faciendae . . . facultas daretur, si Romanos castris expulissent, demonstrauerunt ⟨-auerant *B(M?)*⟩: IV 34, 5.

Aduerb.: ante, antea: II 22, 1; VII 76, 1; 3, 100, 1; supra *28 locis*.

Monstrandi *uerbo, quod* V 1, 2 *inuenitur in* β, VII 1, 4; 83, 8 *in* α, *Caesar non uidetur usus esse*.

demoror: equitatumque praemisit ad nouissimum agmen demorandum, neque consequi potuit: 3, 75, 3; ¶ conatur tamen eos uallo fossaque circummunire, ut quam maxime repentinas eorum eruptiones demoretur: 1, 81, 5; ¶ nullo hoste prohibente aut iter demorante incolumem legionem in Nantuates ⟨*c*⟩ . . . perduxit: III 6, 5.

demoueo: Pompeius enim nullo proelio pulsus uestri facti praeiudicio demotus Italia excessit: 2, 32, 2.

demum: grauiter eos accusat, . . . multo etiam grauius . . . queritur. tum demum Liscus oratione Caesaris adductus quod antea tacuerat proponit: I 17, 1; pugnandi potestatem fecit. ubi ne tum quidem eos prodire intellexit, . . . exercitum . . . reduxit. tum demum Ariouistus partem suarum copiarum, quae castra minora oppugnaret, misit: I 50, 2; ad hostium castra accessit. tum demum ⟨uero *B²*β⟩ necessario Germani suas copias castris eduxerunt: I 51, 2; proelium committere coeperunt. tum demum Titurius, ⟨ut *add.* β⟩ qui nihil ante prouidisset, trepidare et concursare cohortesque disponere: V 33, 1.

denarius: iamque ad denarios L ⟨*Ald.*: ad XL (ad $\overset{a}{\text{XL}}$ *a*) *codd.*⟩ in singulos modios annona peruenerat: 1, 52, 2.

denego: condiciones a se latas, expetita conloquia et denegata commemorat: 1, 32, 6; ¶ cum id, quod antea petenti denegasset, ultro polliceretur: I 42, 2.

deni: uxores habent deni duodenique inter se communes et maxime fratres cum fratribus parentesque cum liberis: V 14, 4; ¶ Ariouistus . . . praeter se denos ut ad conloquium adducerent ⟨-ret α⟩ postulauit: I 43, 3.

denique. A. enumerantis est: cur . . . aliquos ex suis amitteret ⟨*c*⟩? cur uulnerari pateretur . . . milites? cur denique fortunam periclitaretur? 1, 72, 2; omnes officium suum praestitisse: *se*, qui . . . confligere noluerit ⟨*c*⟩ . . .; exercitum suum, qui . . . conseruarit et texerit; illius denique exercitus milites, qui per se de concilianda pace egerint: 1, 85, 2; non illi paucitatem nostrorum militum . . . causae fuisse cogitabant; non ad haec addebant . . .; non denique communes belli casus recordabantur: 3, 72, 4; habendam fortunae gratiam, quod Italiam . . . cepissent, quod duas Hispanias . . . pacauissent, quod finitimas . . . prouincias in potestatem redegissent; denique recordari debere, qua felicitate ⟨*c*⟩ . . . omnes incolumes essent transportati: 3, 73, 3

B. = omnino, quid multa?: denique hos esse eosdem, quibuscum saepe numero Heluetii congressi . . . superarint: I 40, 7; sic . . . non aetate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. denique ex omni ⟨eo *add.* β⟩ numero . . . uix DCCC ⟨*c*⟩ . . . incolumes ad Vercingetorigem peruenerunt: VII 28, 5.

C. = demum: multo denique die per exploratores Caesar cognouit et montem a suis teneri et Heluetios castra mouisse: I 22, 4; quod illi turbulentissimi superioribus temporibus tribuni plebis *post* octo ⟨octauo *f*; *Ald.*, *Np.*; duo-

decimo *Ciacc.; Db.*⟩ denique menses ⟨mense *Ald.; Np., Db.; u. CC*⟩ ... respicere ac timere consuerant: 1, 5, 2.

D. = certe (?): quod deditione facta nostros praesidia deducturos ⟨*c*⟩ aut denique indiligentius ⟨*c*⟩ seruaturos crediderant: II 33, 2.

[Falso: ipse ⟨*c*⟩ imperat reliquis ciuitatibus obsides † denique ei rei constituit diem ⟨*u. CC*⟩: VII 64, 1.]

(**denitor**: sed tantum re prouisa Brutus celeritate nauis enisus ⟨denisus *a*⟩ est, ut paruo momento antecederet: 2, 6, 4.)

densus. **A. comp.**: cum ... ipsi densiores siluas peterent: III 29, 2.

B. superl.: superiorem partem collis usque ad murum oppidi densissimis castris compleuerant: VII 46, 3; ¶ cum ... saepibusque densissimis, ut ante demonstrauimus, interiectis prospectus impediretur ⟨*u. CC*⟩: II 22, 1; ¶ quod Menapii se omnes in densissimas siluas abdiderant: IV 38, 3.

denuntiatio: conuentum Salonis cum neque pollicitationibus neque denuntiatione ⟨-onibus *hl*⟩ periculi permouere posset: 3, 9, 2.

denuntio. **A. sequ. acc. c. inf.**: quod sibi Caesar denuntiaret se Haeduorum iniurias non neglecturum, neminem secum sine sua pernicie contendisse: I 36, 6; principibus ad se euocatis alios ⟨*c*⟩ territando, cum ⟨*spurium censet Oud.*⟩ se scire quae fierent denuntiaret, alios ⟨*c*⟩ cohortando ⟨*sic Ald.;* denuntiaret *om.* β; *Oud.;* cum se sc. q. f. al. coh. denuntiaret α; cum sciret deficere, al. coh. β⟩: V 54, 1; (2, 20, 3 *u.* B.)

B. sequ. ut: Suebos ... iis nationibus, quae sub eorum sint ⟨*c*⟩ imperio, denuntiare, ut auxilia peditatus equitatusque mittant: VI 10, 1; Gaditanos principes ... hoc inito consilio denuntiauisse Gallonio, ut sua sponte, dum sine periculo liceret, excederet Gadibus; si id non fecisset, sibi ⟨*c*⟩ consilium capturos: 2, 20, 3; simul denuntiauit (Pompeius), ut essent animo parati in posterum, et quoniam fieret dimicandi potestas, ... *neu suam ⟨*c*⟩ neu reliquorum opinionem fallerent: 3, 86, 5.

depello. **A. propr.**: cum ... alii multis telis coniectis defensores uallo munitionibusque depellerent: III 25, 1; ¶ tandem Germani ab dextro latere summum iugum nancti hostes loco depellunt: VII 67, 5; ¶ uno loco Volcacius Tullus impetum legionis sustinuit cohortibus tribus atque eam loco depulit: 3, 52, 2; ¶ si nostros loco depulsos ⟨pulsos β⟩ uidisset: VII 49, 2.

B. trsl.: (habent opinionem) Apollinem morbos depellere: VI 17, 2; ¶ Caesar a ⟨ab *Nhl*⟩ superioribus consiliis depulsus omnem sibi commutandam belli rationem existimauit: 3, 73, 1.

(**dependo**: iniquum esse de stipendio recusare, quod sua uoluntate ad id tempus pependerint ⟨perpenderint B^1; dependerint B^2β⟩: I 44, 4.)

deperdo: nostri ... longius impeditioribus locis secuti paucos ex suis deperdiderunt ⟨disperdid. *af*⟩: III 28, 4; ¶ populi Romani hanc esse consuetudinem, ut socios atque amicos non modo sui ⟨B^2β; suis α⟩ nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctiores uelit esse: I 43, 8; ¶ tantum se eius opinionis deperdidisse ⟨disperdidisse *Q*⟩, ut a populo Romano imperia perferrent, grauissime dolebant: V 54, 5.

depereo: non nullae tempestate deperierant naues: V 23, 2; ¶ perexigua pars illius exercitus superest; magna pars deperiit, quod accidere tot proeliis fuit necesse: 3, 87, 3; ¶ his rebus celeriter id, quod Auarici deperierat, expletur: VII 31, 4.

depono. **A. propr.; a) = detrahere**: castra muniunt neque iumentis onera deponunt: 1, 80, 2.

b) = ponere: dispersos depositis armis in metendo occupatos subito adorti: IV 32, 5.

c) = alqd adseruandi, custodiendi causa collocare; α) alqd: alii (milites) ... inuitati propinquitate superiorum castrorum depositis in contubernio armis uallum relinquebant: 3, 76, 2; ¶ qui (Cimbri Teutonique) ... iis impedimentis, quae secum agere ac portare non poterant, citra flumen Rhenum depositis ... sex milia hominum una reliquerunt: II 29, 4; ¶ Ephesi a fano Dianae depositas antiquitus pecunias Scipio tolli iubebat: 3, 33, 1; ¶ Germani ... cum ea praeda, quam in siluis deposuerant, trans Rhenum sese receperunt: VI 41, 1; ¶ HS ⟨*c*⟩ LX, quod aduexerat Domitius atque in publico deposuerat, ... Domitio reddit: 1, 23, 4; ¶ tabulae testamenti ... cum propter publicas occupationes (in aerario) poni non potuissent, apud Pompeium sunt depositae: 3, 108, 4; ¶¶ sua omnia: IV 19, 2 *u.* β) liberos.

β) alqm: Suebos nuntios ... dimisisse, uti de oppidis demigrarent, liberos, uxores suaque omnia in siluis deponerent: IV 19, 2; ¶

nacti obsides, quos Caesar apud eos deposuerat, horum supplicio dubitantes territant: VII 63, 3; ¶ (pueris mulieribusque in muro dispositis ⟨depos. *ah*⟩, ne quid cotidianae consuetudinis desideraretur, ipsi . . . inruperunt: 3, 9, 6;) ¶ Caesari ad saucios deponendos . . . necesse erat adire ⟨*c*⟩ Apolloniam: 3, 78, 1; ¶¶ quique erant ex uulneribus aegri depositis per Epirum atque Athamaniam ⟨*c*⟩ iter facere coepit: 3, 78, 5.

B. trsl.: depositis armis auxiliisque, quibus nunc confiderent, necessario populi senatusque iudicio fore utrumque contentum: 3, 10, 9; ¶ Pompeius deposito adeundae Syriae consilio . . . Pelusium peruenit: 3, 103, 1; ¶ Cotum imperium deponere coegit: VII 33, 3; cum proiectis fascibus et deposito imperio priuatus et captus ipse in alienam uenisset potestatem? 2, 32, 9; ¶ quod si ueteris contumeliae obliuisci uellet, num etiam recentium iniuriarum . . . memoriam ⟨*AQ;* memoria *MCβ*⟩ deponere posse ⟨*c*⟩? I 14, 3; obsecrare milites coepit, ne primam ⟨*O¹f;* prima *ahl;* primi *b; Scal.*⟩ sacramenti, quod apud Domitium . . . dixissent, memoriam deponerent: 2, 28, 2; ¶ Cassiuellaunus . . . omni deposita spe ⟨spe depos. *β*⟩ contentionis . . . itinera nostra seruabat: V 19, 1.

depopulor. A. ui act.: (hostes) paulisper apud oppidum morati agrosque Remorum depopulati omnibus uicis aedificiisque . . . incensis ad castra Caesaris . . . contenderunt: II 7, 3; ¶ qui (Germani) eo consilio Rhenum transierant, ut Ambiorigis fines depopularentur: VI 42, 3; Rutenos Cadurcosque ad fines Volcarum Arecomicorum depopulandos mittit: VII 64, 6; ¶ C. Trebonium cum pari legionum numero ad eam regionem . . . depopulandam mittit: VI 33, 2.

B. ui pass. (ptc. pf.): sese depopulatis agris non facile ab oppidis uim hostium prohibere: I 11, 4; ¶ depopulata Gallia Cimbri magnaque inlata calamitate . . . alias terras petierunt ⟨*c*⟩: VII 77, 14.

deporto: petit ab his omnibus, ut se frumento iuuent. pollicentur, atque omnibus undique conquisitis iumentis in castra deportant: 1, 60, 3; ¶ duobus commeatibus exercitum reportare ⟨deportare *β*⟩ instituit ⟨*c*⟩: V 23, 2; ¶ naues a consulibus Dyrrachio remissae, quae priorem partem exercitus eo deportauerant, Brundisium reuertuntur: 1, 27, 1; ¶¶ magno numero nauium adpulso . . . sua deportabant omnia ⟨omn. sua deport. *β*⟩ seque in proxima oppida recipiebant: III 12, 3.

deposco. A.: differendum est, inquit, iter . . . nobis et de proelio cogitandum, sicut ⟨*Ald.;* si ut *codd.*⟩ semper depoposcimus: 3, 85, 4.

B.: certas sibi deposcit naues Domitius: 1, 56, 3; ¶ electos ex omnibus legionibus fortissimos uiros, antesignanos, centuriones, Caesar ei classi attribuerat, qui sibi id muneris depoposcerant: 1, 57, 1.

hi regum ⟨*c*⟩ amicos ad mortem ⟨*c*⟩ deposcere . . . consuerant: 3, 110, 5.

omnibus pollicitationibus ac praemiis (principes) deposcunt, qui belli initium ⟨*c*⟩ faciant ⟨faciat *β*⟩ et sui capitis periculo Galliam in libertatem uindicent ⟨uindicet *β*⟩: VII 1, 5.

deprauo: a quibus deductum ac deprauatum ⟨depriuatum *a;* atque priuatum *O¹*⟩ Pompeium queritur inuidia atque obtrectatione laudis suae: 1, 7, 1.

deprecator: his cum sua sponte persuadere non possent ⟨*c*⟩, legatos ad Dumnorigem Haeduum mittunt, ut eo deprecatore a Sequanis impetrarent: I 9, 2; ¶ eodem Carnutes legatos obsidesque mittunt usi deprecatoribus Remis: VI 4, 5.

deprecor. A. alqd: Haedui manus tendere et ⟨*c*⟩ deditionem significare et proiectis armis mortem deprecari incipiunt: VII 40, 6; ¶ nec tribunis plebis sui periculi deprecandi . . . facultas tribuitur: 1, 5, 1.

B. ne: unum (se) petere ac deprecari: si forte . . . statuisset Aduatucos esse conseruandos, ne se armis despoliaret: II 31, 4.

C. abs.: quod Germanorum consuetudo [haec] sit a maioribus tradita, quicumque bellum inferant, resistere neque deprecari: IV 7, 3; — neque recusandi aut deprecandi causa legatos ad Caesarem mittere audebant (Haedui): V 6, 2; necessario (Senones) sententia desistunt legatosque deprecandi causa ad Caesarem mittunt; adeunt per Haeduos: VI 4, 2.

deprehendo, deprendo. I. Forma: deprehendo, deprehensus *in omnibus codd. exstat* V 45, 1; VI 30, 1; VII 52, 2; 1, 26, 1; 36, 2; 3, 75, 3; 112, 11; (*ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C* 2; *ap. Plin. ep.* III 12, 3.) *Reliquis locis discrepant libri mscr. ita, ut* deprehensus *sit in α*, deprensus *in β* V 58, 6, *contra* deprehensis (*uel potius* depraehensis) *in β*, deprensis *in α* VII 58, 4; deprendit, deprensus *in ahl*, depreh. *in Of* 1, 13, 4; 75, 2; deprensus *in afh*, deprehensus *in Ol* 1, 24, 4.

II. Signific.; A. = comprehendere, in suam potestatem redigere; a) alqm: Pothinus ⟨*c*⟩ . . . indicatis deprehensisque internuntiis a

Caesare est interfectus: 3, 112, 11; ¶ quorum (nuntiorum) pars deprehensa in conspectu nostrorum militum cum cruciatu necabatur: V 45, 1; — (ut ... ex magno remigum propugnatorumque numero pars ad scopulos adlisa interficeretur, pars ab nostris detraheretur ⟨distraheretur *Ox;* deprehenderentur *(sic!) Koch*⟩: 3, 27, 2.)

cum unum omnes peterent, in ipso fluminis uado deprehensus ⟨*c*⟩ Indutiomarus interficitur: V 58, 6; — reducitur ad eum deprensus ⟨*c*⟩ ex itinere N. ⟨*c*⟩ Magius Cremona, praefectus fabrum Cn. Pompei: 1, 24, 4; N. Magium ⟨*c*⟩, Pompei praefectum, deprehendi; . . . eum statim missum feci: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C* 2; — una cum iis deprensus ⟨*c*⟩ L. Pupius, primi pili centurio, adducitur: 1, 13, 4.

(Petreius) nostros repellit a castris, quos deprendit ⟨*c*⟩, interficit: 1, 75, 2.

b) alqd: deprehensis ⟨*c*⟩ nauibus circiter quinquaginta . . . oppido potitur (Labienus): VII 58, 4; contra haec Pompeius naues magnas onerarias, quas in portu Brundisino deprehenderat, adornabat: 1, 26, 1; (duasque naues cum militibus, quae ad moles Caesaris adhaeserant, scaphis lintribusque reprehendunt, reprehensas ⟨deprehendunt, deprehensas *O*⟩ excipiunt (milites): 1, 28, 4;) (Massilienses) onerarias naues, quas ubique possunt, deprehendunt atque in portum deducunt: 1, 36, 2; ¶ (milites . . . quinqueremes duas . . . ceperunt, . . . praeterea duae sunt depressae ⟨duae de·presente *a;* deprensae *fh;* deprehensae *Ol;* depressae *marg. Vascos.*⟩ triremes: 3, 101, 6.)

B. = opprimere, praeter opinionem superuenire: cum ⟨*c*⟩ sine duce et sine equitatu deprehensis hostibus exploratam uictoriam dimisisset: VII 52, 2; ¶¶ putares non ab illis (ebriis) Catonem, sed illos (ebrios) a Catone deprehensos: *ap. Plin. epist.* III 12, 3; ¶ celeriter contraque omnium opinionem confecto itinere multos in agris inopinantes deprehendit: VI 30, 1; ¶ † eadem spectans, si *in* itinere impeditos perterritos deprehendere posset, exercitum e castris (Pompeius) eduxit: 3, 75, 3.

deprimo. A. naues: (nostri) in hostium naues transcendebant et . . . partem ⟨*c*⟩ nauium deprimunt, non nullas cum hominibus capiunt, reliquas in portum compellunt: 1, 58, 4; — ex Massiliensium classe V (naues) sunt depressae, IIII captae, una cum Nasidianis profugit: 2, 7, 2; — quae proximae ei loco ex Bruti classe naues erant, in eas (naues triremes) impeditas impetum faciunt celeriterque ambas deprimunt: 2, 6, 6; — praeterea duae sunt depressae ⟨*marg. Vascos;* duae de presente *a;* deprensae *fh;* deprehensae *Ol*⟩ triremes: 3, 101, 6.

B. homines: tanta erat completis litoribus contentio, qui potissimum ex magno numero conscenderent, ut multitudine atque onere non nulli deprimerentur: 2, 43, 4.

depugno: (hostes) cuneatim constiterunt hoc animo, ut, si qua ex parte obuiam [contra] ueniretur, acie instructa depugnarent: VII 28, 1.

derigo. *Exstat in X* dirigi VI 8, 5; *in Ox* dirigere 3, 25, 4 *et* direxerant 3, 30, 1; (derigere *numquam;*) *contra particip. et aduerbium semper fere* derectus, derecte, derecto *scripta sunt.* Derect. *est in X* IV 17, 8; *in (N)x* 2, 9, 2; 24, 4 *in αa* IV 17, 4; *in αh* VII 72, 1; *in BM¹Qh* VII 27, 1 (*quo loco A habet* directis, *af* perfectis); *in Nahl* 3, 46, 5; *in afl* 2, 24, 3; *in ah* 3, 79, 2; *in β* (direct. *in α*) VI 26, 1; VII 23, 1; — directus *uno loco in omnibus (Ox) inuenitur:* 1, 45, 4.

simul signa ad hostem conuerti aciemque derigi iubet (Labienus): VI 8, 5; ¶ ne occasionem nauigandi dimitterent, siue ⟨si uel *Hotom.; Np.*⟩ ad litora Apolloniatium siue ad Labeatium ⟨siue ad Lab. *add. F. Hofm.; om. codd.; Np.; u. CC*⟩ cursum derigere atque eo naues eicere ⟨*c*⟩ possent: 3, 25, 4; ¶ praeteruectas Apolloniam Dyrrachiumque naues uiderant, ipsi ⟨uiderant ipsi et *Madu.*⟩ iter secundum eas terra ⟨*unus Vrsini;* terras *rell.*⟩ derexerant: 3, 30, 1; ¶ postero die Caesar promota turri derectisque ⟨perfectisque *adfik; Whitte*⟩ operibus, quae facere instituerat, . . . iussit ⟨*u. CC*⟩: VII 27, 1; ¶ (se in hostium habiturum loco, qui non ex ⟨*CC*⟩ uestigio ad Castra *Cornelia *naues traduxisset ⟨uela duxisset *Ohl;* uela direxisset *Steph.; Np.*⟩: 2, 25, 6.)

derectus ui adiect.: a media fronte . . . unum cornu exsistit excelsius magisque derectum his, quae nobis nota sunt, cornibus: VI 26, 1; ¶ quibus ad recipiendum crates derectae ⟨disiectae *Kran.; Db., Dt.;* deiectae *Vielh.*⟩ longuriique obiecti ⟨*c*⟩ . . . magno impedimento fuerunt: 3, 46, 5; ¶ abest derecto itinere ab Vtica paulo amplius passus mille: 2, 24, 4; Caesarem Apollonia a derecto itinere auerterat: 3, 79, 2; ¶ id autem est iugum derectum eminens in mare, utraque ex parte praeruptum atque asperum: 2, 24, 3; ¶ fossam pedum XX derectis lateribus duxit, ut eius fossae ⟨*c*⟩ solum tantundem pateret, quantum summae ⟨*c*⟩ fossae ⟨*c*⟩ labra distarent ⟨*c*⟩: VII 72, 1; ¶ praeruptus ⟨*del. Madu.*⟩

locus erat, utraque ex parte derectus (deiectus *Vielh.*): 1, 45, 4; ¶ haec derecta materia (materie β) iniecta contexebantur: IV 17, 8; ¶ trabes derectae (*u. CC*) . . . in solo conlocantur: VII 23, 1.

derecte: haec (tigna) cum machinationibus . . . defixerat festucisque (*c*) adegerat, non sublicae modo derecte (-tae *ABM*) ad perpendiculum, sed prone (*c*) ac fastigate (*c*), ut secundum naturam fluminis procumberent: IV 17, 4.

derecto: supraque ea tigna derecto (derecta *hl*) transuersas trabes iniecerunt: 2, 9, 2.

deriuo: duas fossas . . ., quarum interiorem (inferiorem *Göler*) campestribus ac demissis locis aqua ex flumine deriuata (diriu. *αa; Hld.*) compleuit: VII 72, 3.

derogo: omniumque his rerum postea fides derogatur: VI 23, 8.

descendo. A. propr.: M. Antonius . . . cum cohortibus XII descendens ex loco superiore cernebatur: 3, 65, 2; ¶ Caesar prima luce omnes eos, qui in monte consederant, ex superioribus locis in planitiem descendere . . . iussit: 3, 98, 1; ¶ cum Vercingetorix nihilo magis (*Vascosan.*; minus *codd.*) in aequum locum descenderet (-erit *h*): VII 53, 2.

B. trsl.; a) ad: ne tanta et tam coniuncta populo Romano ciuitas . . . ad uim atque arma descenderet (β; discederet α; *Vielh.*): VII 33, 1; ¶ ciues Romani . . . ad extremum auxilium descenderunt seruosque omnes puberes liberauerunt et praesectis omnium mulierum crinibus tormenta effecerunt: 3, 9, 3; ¶ quis hoc sibi persuaderet sine certa spe (*c*) Ambiorigem ad eius modi consilium descendisse? V 29, 5; ¶ ad ultimum senatus consultum: 1, 5, 3 *u.* **b)**; ¶ iam de sacerdotio Caesaris Domitius, Scipio Spintherque (*c*) Lentulus cotidianis contentionibus ad grauissimas uerborum contumelias palam descenderunt (-erant *Voss.*; -dĕre *Grut.*): 3, 83, 1; ¶ constituunt (ii, qui Alesiae obsidebantur), ut . . . omnia prius experiantur (expediantur α), quam ad Critognati sententiam descendant (*Aldus*; ab Critognati sententia discedant (descidant β) *X*): VII 78, 1; ¶ sed cum eius generis copia defecit (*c*), etiam ad innocentium supplicia descendunt: VI 16, 5; ¶ ad uim: VII 33, 1 *u.* ad arma; ¶¶ sed tamen ad omnia se descendere paratum atque omnia pati rei publicae causa: 1, 9, 5.

b) quo: decurritur ad illud extremum atque ultimum senatus consultum, quo nisi paene in ipso urbis incendio atque in desperatione omnium salutis † latorum audacia numquam ante descensum (*Kohl*; discessum *codd.*) est (*u. CC*): 1, 5, 3; ut . . . repentinas eorum eruptiones demoretur; quo necessario descensuros existimabat: 1, 81, 5.

descisco: multae longinquiores ciuitates ab Afranio desciscunt et Caesaris amicitiam sequuntur: 1, 60, 5; — adsunt (*c*), qui uos hortentur, ut a nobis desciscatis: 2, 32, 3.

describo *u.* **discribo.**

deseco: (deiectis (*a*; disiectis *αh*; desectis *R. Menge*), ut diximus, antemnis . . . milites . . . transcendere in hostium naues contendebant: III 15, 1;) ¶ leuiore de causa auribus desectis aut singulis effossis oculis domum remittit (Vercingetorix): VII 4, 10; ¶ postquam non modo hordeum pabulumque omnibus locis herbaeque desectae, sed etiam frons (*c*) ex arboribus deficiebat: 3, 58, 5.

desero. A. propr.; a) hominem: neque clientes sine summa infamia deseri possunt: *ap. Gell.* V 13, 6; ¶ iurent omnes se exercitum ducesque non deserturos neque proditeros neque sibi separatim a reliquis consilium capturos: 1, 76, 2; ¶ quibus (clientibus) more Gallorum nefas est etiam in extrema fortuna deserere patronos: VII 40, 7; ¶ neque suam neque populi Romani consuetudinem pati, uti optime merentes (*c*) socios desereret: I 45, 1.

ne facto initio belli ab reliquis deserantur (Carnutes): VII 2, 2; ¶¶ uosne (*c*) uero L. Domitium an uos Domitius deseruit? 2, 32, 8; — ueritus, ne ab omnibus desereretur, Indutiomarus (*c*) legatos ad Caesarem mittit: V 3, 5; — cohortesque secum abducere (*c*) conatus (Lentulus Spinther) a (*add. dett.*; *om. Ox*; *edd.*) magna parte militum deseritur: 1, 15, 3; — commisso proelio deseritur a suis Varus; non nulla pars militum domum discedit; reliqui ad Caesarem perueniunt: 1, 13, 4.

Labienus procedit iuratque se eum (Pompeium) non deserturum eundemque casum subiturum, quemcumque ei fortuna tribuisset: 3, 13, 3; — nostri tametsi (*c*) ab duce et a fortuna deserebantur, tamen omnem spem salutis in uirtute ponebant: V 34, 2; — desertos enim se ac proditos a uobis dicunt et prioris sacramenti mentionem faciunt: 2, 32, 7; ¶ praestare dicebant per uirtutem in pugna belli fortunam experiri quam desertos et circumuentos ab suis grauissimum supplicium perpeti: 2, 30, 2.

b) locum: Aduatuci . . . cunctis oppidis

castellisque desertis sua omnia in unum oppidum egregie natura munitum contulerunt: II 29, 2; ¶ (locum: II 25, 1 *u.* B.;) ¶ quod re integra primo incendendum Auaricum, post deserendum censuerat: VII 30, 2.

B. trsl.: cum (Bibulus) neque curari posset neque susceptum officium deserere uellet: 3, 18, 1; ¶ non nullos ab ⟨*c*⟩ nouissimis deserto ⟨*A;* desertos *rell.; Fr.;* deserto loco *Klussmann;* desperato *Paul; del. Kvíčala*⟩ proelio excedere acie ⟨*add. Oud.; om. codd.; edd.*⟩ ac tela uitare: II 25, 1; ¶¶ Petreius uero non deserit sese: 1, 75, 2.

desertus ui adiect.: nocturnaque in locis desertis concilia habebant: V 53, 4.

desertor: qui ex his secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur: VI 23, 8.

desidero. A. = concupiscere, postulare (exspectare); a) alqd: nihil horum . . . ad usum prouinciae prouisum, quae propter diuturnitatem pacis nullum auxilium desiderarit: 1, 85, 7; ¶ nec ⟨*c*⟩ minus se in ⟨β; ab α; *edd.*⟩ milite modestiam et continentiam ⟨et cont. *om.* β⟩ quam uirtutem atque animi magnitudinem desiderare: VII 52, 4; ¶ imperium se a ⟨*c*⟩ Caesare per proditionem nullum desiderare, quod habere uictoria posset ⟨*c*⟩: VII 20, 7; ut nemo aut tribuni aut centurionis ⟨*c*⟩ imperium desideraret: 3, 74, 2.

b) sequ. acc. c. inf.: magis eo, ut quae bello ceperint, quibus uendant, habeant, quam quo ullam rem ad se importari (Suebi) desiderent ⟨desiderant *A*⟩: IV 2, 1.

B. = requirere, vermissen; a) alqm: eo die milites sunt paulo ⟨*c*⟩ minus septingenti ⟨mil. paulo minus .DCC. sunt β⟩ desiderati: VII 51, 4; duobus his unius diei proeliis Caesar ⟨*f;* caesaris *Oahl*⟩ desiderauit milites DCCCCLX et equites * * *; Tuticanum Gallum, senatoris filium, notos equites Romanos C. Fleginatem Placentia ⟨*Np.;* DCCCCLX et notos equites r. flegmatem tuticanum gallum, senatoris filium; c. flegmatem placentia *x*⟩ A. Granium ⟨*c*⟩ Puteolis, M. Sacratiuirum Capua, tribunos militum et centuriones XXXII: 3, 71, 1; in eo proelio non amplius CC milites desiderauit, sed centuriones, fortes uiros, circiter XXX amisit. interfectus est etiam . . .: 3, 99, 1; ¶ desiderati sunt eo die sagittarii circiter CC, equites pauci, calonum atque iumentorum ⟨*Eussn.;* impedimentorum *codd.; edd.*⟩ non magnus numerus: 1, 51, 6; ¶¶ nostri non amplius XX omnibus sunt proeliis desiderati: 3, 53, 2.

b) alqd; α): sic accidit, uti ex tanto nauium numero tot nauigationibus neque hoc neque superiore anno ulla ⟨*c*⟩ omnino nauis, quae milites portaret, desideraretur: V 23, 3; itaque ex eo numero nauium nulla desiderata est: 2, 7, 2; an paenitet uos, quod saluum atque incolumem exercitum nulla omnino naue desiderata traduxerim? 2, 32, 12; ¶ equitum uero operam neque in loco palustri desiderari ⟨desiderare *A pr.*⟩ debuisse et illic ⟨*c*⟩ fuisse utilem, quo sint profecti: VII 20, 4.

β): pueris mulieribusque in muro dispositis ⟨*c*⟩, ne quid cotidianae consuetudinis desideraretur: 3, 9, 6; seu quid in munitionibus perfectum non erat, seu quid a peritioribus rei militaris desiderari uidebatur: 3, 61, 3; militibusque suis commendauit, ne qui eorum uiolaretur neu quid sui desiderarent: 3, 98, 2.

c) quin: oppido potitur perpaucis ex hostium numero desideratis, quin cuncti ⟨uiui β⟩ caperentur: VII 11, 8.

desidia: ea iuuentutis exercendae ac desidiae ⟨desidiam *AQ*⟩ minuendae causa fieri praedicant: VI 23, 6.

designo: Caesar hac oratione Lisci Dumnorigem, Diuiciaci fratrem, designari sentiebat: I 18, 1; ¶ multaque praeterea (in castris Pompei uidere licuit), quae nimiam luxuriam et uictoriae fiduciam designarent: 3, 96, 1.

desilio. A. c. praep.; a) unde; α) de: militibus . . . simul et de ⟨*om.* β⟩ nauibus desiliendum et in fluctibus consistendum . . . erat: IV 24, 2.

β) ex: equestribus proeliis saepe ex equis desiliunt ac pedibus proeliantur (Suebi): IV 2, 3; (V 17, 4 *u.* ex essedis;) ¶ cum se inter equitum turmas insinuauerunt ⟨*c*⟩, ex essedis desiliunt et pedibus ⟨*c*⟩ proeliantur: IV 33, 1; quod illi etiam consulto plerumque cederent et . . . ex essedis desilirent ⟨-lerent *BM*¹⟩ et pedibus dispari proelio contenderent: V 16, 2; neque consistendi aut ex essedis ⟨equis β⟩ desiliendi facultatem (hostibus) dederunt: V 17, 4; ¶ tum nostri . . . uniuersi ex ⟨e β⟩ naui desiluerunt ⟨desilierunt β⟩: IV 25, 5.

b) quo: rursus ⟨iis *add.* β⟩ resistentibus (hostes) consuetudine sua ad pedes desiluerunt: IV 12, 2.

B. absol.: desilite, inquit, commilitones ⟨β; milites α; *edd.*⟩, nisi uultis aquilam hostibus prodere: IV 25, 3.

desino: desinite ergo de compositione loqui: 3, 19, 7.

desisto. A. sequitur a) abl.: Heluetii . . .

militum concursu et telis repulsi hoc conatu destiterunt: I 8, 4; neque uero ille (Coponius) ob eam causam conatu desistebat: 3, 26, 3; ¶ quo timore perterriti Galli . . . consilio destiterunt: VII 26, 5; ipse (Coelius) patefactis consiliis exclusus Capua et periculum ueritus . . . consilio destitit atque *ab eo itinere sese auertit: 3, 21, 5; ¶ ita perterritos (equites nostros) egerunt, ut non prius fuga desisterent, quam in conspectum ⟨c⟩ agminis nostri uenissent: IV 12, 2; ¶ Caesar legiones equitatumque reuocari atque in ⟨*om.* β⟩ itinere resistere ⟨desistere β⟩ iubet: V 11, 1; ¶ multa ab Caesare in eam sententiam dicta sunt, qua re negotio desistere non posset: I 45, 1; cum (Achillam) . . . hortaretur, ne negotio desisteret neue animo deficeret: 3, 112, 11; ¶ barbari signa procul conspicati oppugnatione desistunt: VI 39, 4; Vercingetorix, ubi de Caesaris aduentu cognouit, ⟨ab *add.* β⟩ oppugnatione destitit ⟨desistit β⟩ atque obuiam Caesari proficiscitur: VII 12, 1; quibus rebus commoti legati milites ex opere deducunt ⟨c⟩, oppugnatione desistunt: 2, 13, 1; ¶ cognitis suis postulatis fore, uti pertinacia desisteret: I 42, 3; ¶ necessario sententia (Senones) desistunt legatosque deprecandi causa ad Caesarem mittunt: VI 4, 2.

b) ab: captam (se) suam urbem uidere; . . . itaque ab defensione desistere: 2, 12, 3 (*Np.* 4); ¶ ab oppugnatione: VII 12, 1 *u.* A. oppugnatione.

c) infin.: de re frumentaria Boios atque Haeduos adhortari non destitit ⟨M^2A^2; distitit α; desistit β⟩: VII 17, 2; ¶ neque prius fugere (hostes) destiterunt ⟨distiterunt AB^1⟩, quam ad flumen Rhenum . . . peruenerunt ⟨c⟩: I 53, 1; ¶ illi finitimos Germanos sollicitare et pecuniam polliceri non desistunt: VI 2, 1; ¶ tantam eorum multitudinem nostri interfecerunt, quantum fuit diei spatium, sub occasumque solis sequi ⟨B^2β; *om.* α; *edd.*⟩ destiterunt seque in castra, ut erat imperatum, receperunt: II 11, 6; (Scipio) Cassium sequi desistit: 3, 36, 7; ¶ sollicitare: VI 2, 1 *u.* polliceri.

B. absol.: (II 11, 6 *u.* A. c) sequi;) simili ratione ibi Vercingetorix . . . facile incendit ⟨facere intendit β⟩. . . . expellitur ex oppido Gergouia. non destitit ⟨desistit *h*⟩ tamen atque in agris habet dilectum egentium ac perditorum: VII 4, 3.

[Falso: hac de causa constituerat signa inferentibus resistere ⟨desistere *Ox*⟩, prior proelio non lacessere: 1, 82, 5.]

despectus. A. **subi.:** colles ac loca superiora, unde erat propinquus despectus in mare: III 14, 9; haec procul ex oppido uidebantur, ut erat a Gergouia despectus in castra: VII 45, 4; erat ex oppido Alesia despectus in campum: VII 79, 3; — erat ex omnibus castris, quae summum undique iugum tenebant, despectus: VII 80, 2.

(**B. obiect.:** quod (oppidum) cum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes deiectusque ⟨*Jurin.*; despectusque *codd.*; *edd.*⟩ haberet: II 29, 3.)

desperatio. A. **obiect.:** tempus uero conloquio non dare neque accessurum polliceri magnam pacis desperationem adferebat: 1, 11, 3; ¶ castrorum autem mutatio quid habet nisi turpem fugam et desperationem omnium et alienationem exercitus? 2, 31, 4.

b) obiect.: diem* constituere *u.* **constituo B. c) β) αα)** *p. 687 sq. (7 loc.);* ¶ diem consumere *u.* **consumo B. b)** *p. 703 (sq.) (5—8 loc.);* ¶ diem dicere *u.* **dico 2. E. b)** *p. 890 (4 loc.):* ¶ constabat . . . repetitis atque enumeratis ⟨numeratis?⟩ diebus, quo die proelium secundum Caesar fecisset, simulacrum Victoriae . . . se . . . conuertisse: 3, 105, 2; ¶ Catone . . . pristina consuetudine dicendi mora dies extrabente ⟨catonem . . . extrahentem *Oz*⟩: 1, 32, 3; ¶ interiectisque aliquot diebus . . . portis se foras † rumpunt: 2, 14, 1; ¶ Ambiorix statim . . . proficiscitur neque noctem neque diem intermittit: V 38, 1; illi (Vbii) imperata faciunt et paucis diebus intermissis referunt: VI 10, 4; neque ullum fere diem intermittebat (Vercingetorix), quin equestri proelio . . . periclitaretur ⟨*c*⟩: VII 36, 4; uno die intermisso Galli atque hoc spatio magno cratium . . . numero effecto . . . accedunt: VII 81, 1; postremo et plures intermittere dies . . . *instituerant (Afraniani): 1, 59, 3; (Pompeius) quinque intermissis diebus alteram noctem subnubilam nactus . . . se in antiquas munitiones recepit: 3, 54, 2; Pompeius . . . paucis intermissis diebus rursum eum (equitatum) nauibus ad se . . . recipit ⟨*c*⟩: 3, 58, 2; paucisque intermissis diebus eadem ⟨*c*⟩ Pompeius occupauerat (castra): 3, 66, 4; ¶ paucis diebus interpositis noctu insidias equitum conlocauit (Scipio): 3, 37, 5; ¶ ⟨ut *add.* β⟩ dies natales et mensium ⟨*c*⟩ et annorum initia sic obseruant ⟨obseruent *Aa*⟩, ut noctem dies subsequatur: VI 18, 2; ¶ is dies indutiis erat ab iis petitus: IV 12, 1; ¶ sex dies ad eam rem conficiendam spatii postulant: 1, 3, 6; ¶ ne quem diem pugnae praetermitteret: IV 13, 4; ¶ repetere: 3, 105, 2 *u.* enumerare; ¶ aegre is dies sustentatur: V 39, 4; ¶ his rebus . . . perficiendis ⟨*c*⟩ XI dies tribuit: 3, 2, 1.

c) acc. temporis; α): complures dies: IV 34, 4; VII 17, 3; 32, 1; 1, 50, 1; 3, 66, 7; 79, 3 *u.* **complures** *p. 622;* ¶ (continuos dies . . . *u.* **continuus** *p. 716 (3 loc.);*) ¶ Bibulus multos dies terra prohibitus: 3, 18, 1; ¶ dum paucos dies ad Vesontionem rei frumentariae commeatusque causa moratur: I 39, 1; Caesar paucos dies in eorum finibus moratus ⟨moratur *M*⟩ . . . se in fines Vbiorum recepit: IV 19, 1; qui . . . paucos dies ibi morati neque flumen transire ausi domum reuertuntur: VII 5, 4; Caesar paucos dies in Asia moratus . . . Alexandriam peruenit: 3, 106, 1; ¶ Cicero, qui omnes ⟨per omnes β⟩ superiores dies . . . milites in ⟨*c*⟩ castris continuisset: VI 36, 1.

β): ipse unum diem ibi rei frumentariae causa moratus Corfinium contendit: 1, 16, 1; ille missis ad Caesarem nuntiis unum diem sese castris tenuit; altero die ad eum peruenit Caesar: 3, 30, 6; ¶ ex eo die dies continuos quinque Caesar pro castris suas copias produxit: I 48, 3; ¶ castra mouet . . . **VII** omnino dies ad Corfinium commoratus: 1, 23, 5; ¶ ita dies circiter quindecim iter fecerunt, uti: I 15, 5; ¶ dies ⟨*om. BM*[1]⟩ circiter **XXV** in eo loco commoratus: V 7, 3; ¶ de quibus insulis non nulli scripserunt dies continuos **XXX** sub bruma esse noctem: V 13, 3.

γ): omnibus rebus obsessi, quartum iam diem sine pabulo retentis iumentis . . . conloquium petunt: 1, 84, 1; ¶ erat aeger . . . relictus P. Sextius Baculus . . . ac diem iam ⟨*om. M*⟩ quintum cibo caruerat: VI 38, 1.

δ): Caesar continuato diem noctemque opere in flumine auertendo huc iam deduxerat ⟨*c*⟩ rem: 1, 62, 1; hos . . . repugnantes diem noctemque obsident: VII 42, 6; cuius rei timore exterriti diem noctemque in opere uersantur: VII 77, 11; *cf.* 3, 11, 1; 36, 8 **f) α) εε).**

ε): diem ex die ducere Haedui: I 16, 4.

d) dat.: quod properans noctem diei coniunxerat neque iter intermiserat: 3, 13, 2.

e) genet.: neque erat quisquam omnium, quin *in* eius diei casu suarum omnium fortunarum euentum consistere existimaret: 2, 5, 4; nostri . . . proximi diei casu admoniti omnia ad defensionem parauerant: 2, 14, 6; ¶ eorum dierum consuetudine itineris nostri exercitus perspecta: II 17, 2; ut erat superiorum dierum consuetudo: 1, 21, 3; ¶ (Gallos hortabatur) superiorum dierum Sabini cunctatio: III 18, 6; ¶ Caesar . . . cupiens eius diei detrimentum sarcire: 3, 67, 2; ¶ nihil eos de euentu ⟨aduentu *O*⟩ eius diei timuisse: 3, 96, 1; ¶ ratione inita frumentum se exigue dierum XXX habere ⟨*sic* β; *Schn.;* exig. dier. se hab. XXX frum. *AQ; Db., Hold., Dt.*[2]*;* exig. dier. XXX frum. (*om.* se *et* hab.) *BM*[1]*;* ex. ēē (= esse) d. XXX fr. *coni. Db.;*

exigere d. XXX fr. *M*²*: Fr.;* se exigue dierum XXX habere frumentum *Np.; Dt.*¹⟩: VII 71, 4; dierum XXX pabulum frumentumque habere omnes ⟨omn. hab. β⟩ conuectum iubet: VII 74, 2; frumenti copiam legionarii ⟨*c*⟩ non nullam ⟨*c*⟩ habebant, quod dierum † XXII ⟨VII *Köchly;* VIII *Göl.*⟩ ab Ilerda frumentum iussi erant efferre: 1, 78, 1; ¶ ipse hora diei circiter ⟨*sic* β; hora circ. diei α; *edd.*⟩ quarta cum primis nauibus Britanniam attigit: IV 23, 2; Caesar acceptis litteris hora circiter ⟨circ. h. β⟩ undecima diei statim nuntium . . . mittit: V 46, 1; ut, cum . . . eo post horam nonam diei Caesar peruenisset, ante mediam noctem . . . clamor oreretur ⟨*c*⟩: V 53, 1; ut . . . eos, qui de tertia uigilia exissent, ante horam diei VIIII. ⟨IIII. *Göl.*⟩ consequerentur: 1, 64, 8; sese subito proripiunt hora circiter sexta eiusdem diei: 1, 80, 3; (illi impediendae reliquae ⟨*c*⟩ munitionis causa ⟨fiebat *add. hl;* fiebat causa *af;* diei *add. Wölff.*⟩ hora circiter VIIII. . . . legiones educunt: 1, 82, 1;) ¶ a quibus cum paucorum dierum iter abesset: IV 7, 2; huius Hercyniae siluae . . . latitudo nouem dierum iter expedito patet: VI 25, 1; cum dierum iter LX processerit: VI 25, 4; confecto iusto itinere eius diei, quod proposuerat Caesar, . . . consedit: 3, 76, 1; Pompeius confecto eius ⟨eiusdem *O*⟩ diei ⟨die *N*⟩ itinere in suis ueteribus castris . . . consedit: 3, 76, 2; duplicatoque eius diei itinere VIII milia passuum ex eo loco procedit: 3, 76, 3; ¶ nisi . . . totius diei labore milites essent defessi: VII 88, 6; uiderunt ea, quae diu longoque spatio refici non posse sperassent, paucorum dierum opera et labore ita refecta, ut: 2, 16, 1; operum magnitudo et continens omnium dierum labor . . . perficiendi spatium non dabat: 3, 63, 4; Pompeius ⟨*c*⟩ primi diei mora inlata et reliquorum dierum frustra labore suscepto . . . quarto ⟨*c*⟩ die finem sequendi fecit: 3, 77, 3; etsi totius diei continenti labore ⟨suo *add. a*¹⟩ erant confecti noxque iam suberat: 3, 97, 4; ¶ mora: 3, 77, 3 *u.* labor; ¶ unius esse negotium diei: 3, 82, 3; ¶ spatia ⟨*c*⟩ omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt: VI 18, 2; Cicero . . . septimo die diffidens de numero dierum Caesarem fidem seruaturum: VI 36, 1; ¶ opera: 2, 16, 1 *u.* labor; ¶ sed haec eius diei praefertur opinio, ut se utrique superiores discessisse existimarent: 1, 47, 1; ¶ quaecumque ad proximi diei oppugnationem opus sunt: V 40, 5; ¶ conamur opus magnum et multorum dierum: *ap. Cic. ad Att.* IX 14, 1; ¶ pabulum: VII 74, 2 *u.* frumentum; ¶ magna parte diei consumpta: V 9, 8; 35, 5; ibi magnam partem diei consumit: V 58, 2; *(cf. s. u.* consumo *p. 704);* ¶ milites nostri pristini diei perfidia incitati in castra inruperunt: IV 14, 3; ¶ postridie eius diei . . . rei frumentariae prospiciendum existimauit: I 23, 1; postridie eius diei praeter castra Caesaris suas copias traduxit: I 48, 2; postridie eius diei Caesar praesidium utrisque castris . . . reliquit . . .; ipse . . . ad castra hostium accessit: I 51, 1; postridie eius diei Caesar . . . in fines Suessionum . . . exercitum duxit: II 12, 1; postridie eius diei . . . sectionem eius oppidi uniuersam Caesar uendidit: II 33, 6; quod postridie eius diei mane . . . Germani frequentes . . . ad eum in castra uenerunt: IV 13, 4; postridie eius diei mane tripertito milites ⟨*c*⟩ equitesque in expeditionem misit: V 10, 1; ¶ quod pridie eius diei ⟨prid. eius d. *del. Hug*⟩ Germani retineri non potuerant ⟨*c*⟩, quin in nostros tela coicerent: I 47, 2; Cn. Pompeius pridie eius diei ex urbe profectus iter ad legiones habebat: 1, 14, 3; ¶ duobus his unius diei proeliis Caesar ⟨*c*⟩ desiderauit milites DCCCCLX: 3, 71, 1; ¶ totius diei pugna atque itineris labore defessi rem in posterum diem distulerunt: 1, 65, 5; ¶ tantam eorum multitudinem nostri interfecerunt, quantum fuit diei spatium: II 11, 6; qui hoc spatio dierum conualuerant: VI 36, 3; ¶ ex litteris Caesaris dierum ⟨*X; Wsbg.; Frig., Db.;* dies *X; Schn., Np., Hld.;* in dies *Dt.*⟩ quindecim supplicatio decreta est: II 35, 4; his rebus gestis ex litteris Caesaris dierum uiginti supplicatio a senatu decreta est: IV 38, 5; Romae dierum uiginti supplicatio redditur ⟨*u. CC*⟩: VII 90, 8; ¶ diei tempore exclusus in posterum ⟨*CC*⟩ oppugnationem differt: VII 11, 5; per certos exploratores in singula diei tempora quae ad Auaricum agerentur ⟨*c*⟩ cognoscebat: VII 16, 2; cum iam ex diei ⟨*om.* β⟩ tempore coniecturam caperet ⟨*c*⟩ in castra peruentum: VII 35, 4; Caesar . . . secutus hostes ⟨*c*⟩, quantum diei tempus est passum, . . . altero die ad Alesiam castra fecit: VII 68, 2; ¶ fama ac litteris uictoriam eius diei concelebrabant ⟨*c*⟩: 3, 72, 4; monuitque eius diei uictoriam in earum cohortium uirtute constare: 3, 89, 3.

f) abl.: α) sing.: αα): altero die *u.* **alter** *p. 239 (4 (5) loc.); sed* 3, 19, 3 *legendum uidetur* se altero ⟨altera *codd.; edd.*⟩ die ad conloquium uenturum; ¶ haec (tragula) . . . adhaesit neque ab nostris biduo animaduersa tertio die a quodam milite conspicitur . . .: V 48, 8; tertio die missis ex oppido legatis de deditione arma

conferri ⟨*c*⟩ . . . iubet: VII 11, 2; ne tum quidem insecutis hostibus tertio die ad flumen Elauer pontem ⟨*c*⟩ reficit ⟨*c*⟩: VII 53, 4; inde die III. ⟨*Whitt.; Hld.; Dt.*[2] *prob. Db.;* inde *Qcorr.*, β; *rell. edd.;* indie *MQpr.;* indiem *AB*⟩ cum omnibus copiis ad Caesarem peruenit: VII 62, 10; tertio die Caesar uallo castra communit: 1, 42, 5; in his operibus consiliisque biduum consumitur; tertio ⟨tertia *Of*⟩ die magna iam pars operis Caesaris processerat: 1, 82, 1; Scipio biduum *in* castris statiuis moratus . . . tertio ⟨-tia *N*⟩ die prima luce exercitum uado traducit: 3, 37, 1; Caesar . . . tertio die [Macedoniam] ad Pompeium peruenit: 3, 41, 1; ¶ nullam partem noctis itinere intermisso in fines Lingonum die quarto ⟨quarta *AQ;* orto *Hug; u. CC*⟩ peruenerunt: I 26, 5; Pompeius ⟨*c*⟩ primi diei mora inlata et reliquorum dierum frustra labore suscepto . . . quarto ⟨quarta *Ox*⟩ die finem sequendi fecit: 3, 77, 3; ¶ Volusenus perspectis regionibus omnibus ⟨*c*⟩ . . . quinto die ad Caesarem reuertitur: IV 21, 9; ¶ ab Ocelo . . . in fines Vocontiorum ulterioris prouinciae die septimo peruenit: I 10, 5; septimo die, cum iter non intermitteret, ab exploratoribus certior factus est: I 41, 5; septimo oppugnationis die maximo coorto uento . . . iacere coeperunt: V 43, 1; Cicero, qui omnes ⟨*c*⟩ superiores dies . . . ⟨cum *add.* α; *edd.*⟩ summa diligentia milites in castris continuisset, . . . septimo die diffidens de numero dierum Caesarem fidem seruaturum . . . mittit: VI 36, 1; de sua salute septimo die ⟨sept. d. *del. Vielh.*⟩ cogitare coguntur: 1, 5, 2; ¶ (tum uero dubitandum non existimauit, quin ad eos ⟨duodecimo die *add. B*[2]β⟩ proficisceretur: II 2, 5.)

ββ): qui, si per te liceat, perendino die cum proximis hibernis coniuncti communem cum reliquis belli casum sustineant: V 30, 3; ¶ postero die castra ex eo loco mouent: I 15, 1; frumenti commeatusque inopia permotus postero die omnibus eius uici aedificiis incensis in prouinciam reuerti contendit: III 6, 4; huc postero die quam frequentissimi conuenirent: IV 11, 5; Caesar postero die T. Labienum legatum . . . in Morinos . . . misit: IV 38, 1; postero die procul a castris hostes in collibus constiterunt . . .: V 17, 1; Aduatucisque concitatis postero die in Neruios peruenit . . .: V 38, 2; hostes postero die multo maioribus coactis copiis castra oppugnant . . .: V 40, 3; postero ⟨β; postera α⟩ die luce prima mouet castra . . .: V 49, 5; postero die contione habita rem gestam proponit . . .: V 52, 5; qui postero die castra Labieni oppugnare decreuerat: V 53, 2; sese suas exercitusque fortunas in dubium non deuocaturum et postero die prima luce castra moturum: VI 7, 6; quo nostros postero die pabulatum uenturos arbitraretur: VII 18, 1; Galli . . . postero die consilium ceperunt ⟨*c*⟩ ex oppido profugere: VII 26, 1; postero die Caesar promota turri . . . iussit: VII 27, 1; postero die concilio conuocato consolatus cohortatusque est, ne: VII 29, 1; postero die ⟨postridie β⟩ cum duabus legionibus in occulto restitit: VII 35, 2; postero die Caesar contione aduocata temeritatem cupiditatemque militum reprehendit: VII 52, 1; cum hoc idem postero die fecisset: VII 53, 3; omnibus iure iurando ⟨*c*⟩ adactis postero die in tres partes distributo equitatu duae se acies ab duobus lateribus ostendunt: VII 67, 1; postero die equitatu ex castris educto omnem eam planitiem . . . complent . . .: VII 79, 2; postero die Vercingetorix concilio ⟨*c*⟩ conuocato . . . demonstrat: VII 89, 1; et postero die omnibus copiis ad Ilerdam proficiscitur . . .: 1, 41, 2; sub armis proxima nocte conquiescit. postero die omnem exercitum intra fossam continet . . .: 1, 42, 1; postero die Petreius . . . ad exploranda loca proficiscitur . . .: 1, 66, 3; postero die duces aduersariorum perturbati . . . consultabant: 1, 73, 1; tota nocte munitiones proferunt; . . . hoc idem postero die a prima luce faciunt totumque in ea re diem consumunt: 1, 81, 3; aciesque ad solis occasum continentur; inde utrique in castra discedunt. postero die munitiones institutas Caesar parat perficere: 1, 83, 3. 4; temptauerunt hoc idem Massilienses postero die: 2, 14, 5; posteroque die exercitum ⟨*c*⟩ Vticam ducit . . .: 2, 26, 1; Varus postero ⟨-ra *Ox*⟩ die mane legiones ex castris educit: 2, 27, 4; posteroque die productos eodem loco, quo superioribus diebus constiterat, in acie conlocat: 2, 33, 4; postero die Curio obsidere Vticam . . . instituit: 2, 36, 1; quarum ⟨*c*⟩ cohortium ⟨*c*⟩ milites ⟨*c*⟩ postero die ante oppidum Iuba conspicatus . . . iussit: 2, 44, 2; quo cum esset postero die uentum: 3, 19, 4; castris positis postero die mane copias ante frontem castrorum instruit ⟨*c*⟩: 3, 37, 1; fore, ut postero die aut inuitus dimicare cogeretur aut: 3, 37, 4; itaque postero die omnibus copiis . . . Dyrrachium profectus est: 3, 41, 3; postea per exploratores certior factus postero die castra mouit: 3, 41, 4; postero die Caesar similiter praemissis prima nocte impedimentis de quarta uigilia ipse egreditur: 3, 77, 1; ¶ proximo die instituto suo Caesar e ⟨*c*⟩ castris utrisque copias suas eduxit: I 50, 1; prima nocte aquandi causa nemo egreditur ex castris; proximo ⟨postero *N*⟩ die praesidio in castris re-

licto uniuersas ad aquam copias educunt . . .: 1, 81, 4.

γγ): eo die quo consuerat interuallo hostes sequitur . . .: I 22, 5; aegre eo die sustentatum est: II 6, 1; portis patefactis eo die pace sunt usi: II 32, 4; sese non longius milibus passuum quattuor . . . processurum eo die dixit: IV 11, 4; eo die Q. Laberius ⟨*c*⟩ Durus . . . interficitur: V 15, 5; hic dies nostris longe grauissimus fuit; sed tamen hunc habuit euentum, ut eo die ⟨eo die *del. Pramm.*⟩ maximus numerus hostium uulneraretur atque interficeretur: V 43, 5; hora circiter tertia . . . de Crassi aduentu certior ⟨*c*⟩ factus eo die milia passuum XX procedit ⟨*c*⟩: V 47, 1; eo die paruulis equestribus proeliis ad aquam factis utrique sese ⟨*c*⟩ suo loco continent: V 50, 1; equestrique eo die proelio leui facto . . .: VII 36, 1; quem inter suos eo die dixisse constabat excitari se Auaricensibus praemiis: VII 47, 7; eo die milites sunt paulo ⟨*c*⟩ minus septingenti desiderati: VII 51, 4; (1, 23, 5 *u.* eodem die;) desiderati sunt eo die sagittarii circiter CC, equites . . .: 1, 51, 6; eo die naues Massiliensium cum iis, quae sunt captae, intereunt VIIII: 1, 58, 4; eo die tabernacula statui passus non est: 1, 81, 2; plerique existimant, si acrius insequi uoluisset, bellum eo die potuisse finiri ⟨*c*⟩: 3, 51, 3; ¶ eodem die ab exploratoribus certior factus . . . misit: I 21, 1; eodem die castra promouit . . .: I 48, 1; eodem die legati ab hostibus missi ad Caesarem . . . uenerunt: IV 36, 1; omnibus suis incolumibus copiis ⟨*c*⟩ eodem die ad Ciceronem peruenit: V 52, 1; hac re pro suggestu prouuntiata eodem die cum legionibus in Senones proficiscitur: VI 3, 6; sic milites consolatus ⟨*c*⟩ eodem die reducit in castra: VII 19, 6; Antonius cum cohortibus et Attio eodem die, quo profectus erat, reuertitur: 1, 18, 3; milites Domitianos sacramentum apud se dicere iubet atque eodem ⟨*ego; eo codd.; edd.*⟩ die castra mouet iustumque iter conficit: 1, 23, 5; eodem die equitum magnam partem flumen traiecit: 1, 55, 1; ille expositis militibus eodem ⟨eadem *f*⟩ die Oricum ⟨*c*⟩ proficiscitur: 3, 11, 3; eodemque die uterque eorum ex castris statiuis . . . exercitum educunt: 3, 30, 3; usus singulari militum studio eodem, quo uenerat, die post horam nonam oppidum . . . oppugnare adgressus ante solis occasum expugnauit: 3, 80, 6; eodemque die Larisam peruenit: 3, 98, 3; eodemque die Antiochiae . . . bis tantus exercitus clamor et signorum sonus exauditus est, ut . . .; hoc idem Ptolomaide accidit, Pergamique ⟨*c*⟩ . . . tympana sonuerunt: 3, 105, 3; ¶ qua die: I 6, 4 *u.* **B. b**); — (intellexit) diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret: I 16, 5; 1, 18, 3; 3, 80, 6 *u.* eodem die; constabat . . . repetitis atque enumeratis ⟨?⟩ diebus, quo die proelium secundum Caesar fecisset, simulacrum Victoriae . . . ad ualuas se templi limenque conuertisse: 3, 105, 2.

δδ): multo denique die per exploratores Caesar cognouit: I 22, 4; ¶ Heluetii . . . cum id, quod ipsi diebus XX aegerrime confecerant, . . . illum uno die fecisse intellegerent: I 13, 2; uno die amplius XX urbes Biturigum incenduntur: VII 15, 1; tempestas cooritur . . . pontesque ambo . . . uno die interrupit: 1, 48, 2; ita uno die VI proeliis factis: 3, 53, 1.

εε): continuato nocte ac die ⟨noctem ac diem *Paul*⟩ itinere . . . ad Pompeium contendit: 3, 11, 1; itaque die ac nocte continuato itinere ad eum peruenit: 3, 36, 8.

β) plur.; *αα*): (eadem fere atque eisdem uerbis ⟨*Clark.;* rebus *codd.;* diebus *Rubenius; u. CC*⟩ praetor Roscius agit cum Caesare: 1, 8, 4;) isdem diebus (Carmonensium ciuitas) . . . cohortes eiecit ⟨*c*⟩ portasque praeclusit: 2, 19, 5; ¶ his: I 48, 4 *u.* *ββ*) omnibus; III 17, 3 *u. ib.* paucis; ¶ quibus: III 23, 2 *u. ib.* paucis; 1, 5, 4 *u. ib.* primis; IV 18, 1 *u.* *γγ*) decem; V 26, 1 *u. ib.* quindecim; 2, 32, 5 *ib.* XL.

ββ): aciemque instruxit primo ⟨*c*⟩ suis locis pauloque a castris Pompei longius, continentibus uero diebus, ut progrederetur a castris suis: 3, 84, 2; ¶ crebrae continuis diebus ex concursu multitudinis concitationes fiebant: 3, 106, 5; ¶ has munitiones insequentibus auxit diebus: 3, 112, 8; ¶ Ariouistus his omnibus diebus exercitum castris continuit, equestri proelio cotidie contendit: I 48, 4; omnibus deinceps diebus Caesar exercitum in aciem . . . produxit: 3, 56, 1; ¶ atque his paucis diebus Aulerci Eburouices . . . portas clauserunt: III 17, 3; quod oppidum et natura loci et manu munitum paucis diebus, quibus eo uentum erat, expugnatum cognouerant: III 23, 2; incredibili celeritate magno spatio paucis diebus confecto: III 29, 2; partem (obsidum) statim dederunt, partem ex longinquioribus locis accersitam paucis ⟨post *add.* *β*⟩ diebus sese ⟨*c*⟩ daturos ⟨*c*⟩ dixerunt: IV 27, 6; neque multum abesse ab eo, quin paucis diebus deduci possint: V 2, 2; nota atque instituta ratione magno militum studio paucis diebus opus ⟨op. pauc. dieb. *β*⟩ efficitur: VI 9, 4; tam ⟨?⟩ paucis diebus magna erat rerum facta commutatio: 1, 52, 3; ipse iis nauibus . . .

Tarraconem ⟨*c*⟩ paucis diebus peruenit: 2, 21, 4; (ipse . . . paucis ⟨diebus *add. codd.; seclus. Jurin.;* ipse . . . ab his duobus *Wölff.*⟩ quae fieri uellet Vticae constituit: 2, 44, 3;) ex eo loco discessit et Mytilenas ⟨*c*⟩ paucis diebus uenit: 3, 102, 4; ¶ V primis diebus, quibus haberi senatus potuit, qua ⟨?⟩ ex die consulatum iniit Lentulus, biduo excepto comitiali . . . decernitur: 1, 5, 4; Caesar primis ⟨a tribus primis *l;* tribus primis h^2*; Ald.*⟩ diebus castra magnis operibus munire . . . instituit. eo triduo: 1, 18, 4; quo essent [eae] delatae primis diebus ignorabant: 3, 30, 1; primis diebus, ut uidebatur, libenter auditus reliquis ad conloquium non admittitur: 3, 57, 5; ¶ proximis diebus habetur extra urbem senatus: 1, 6, 1; ¶ reliquis deinceps ⟨inde *a*⟩ diebus ⟨*om.* β⟩ Caesar siluas caedere instituit: III 29, 1; hoc idem reliquis deinceps fit ⟨fit deinc. β⟩ diebus: V 40, 4; reliquisque ⟨que *om.* β⟩ diebus turres . . . facere coeperunt: V 42, 5; reliquis diebus oppidum uallo castellisque circummunire ⟨*c*⟩ instituit: 1, 18, 6; Pompeius noctu magnis additis munitionibus reliquis diebus turres exstruxit: 3, 54, 1; 57, 5 *u.* primis; hoc idem reliquis fecit diebus: 3, 77, 1; ¶ quae iudicia aliis audientibus iudicibus, aliis sententiam ferentibus singulis diebus erant perfecta: 3, 1, 4; ¶ etsi idem, quod superioribus diebus acciderat, fore uidebat: IV 35, 1; qui (collis) superioribus diebus uix prae multitudine cerni poterat: VII 44, 1; quem (pontem) superioribus diebus hostes resciderant: VII 58, 5; ut ⟨*c*⟩ superioribus diebus suus ⟨*c*⟩ cuique erat locus ⟨*c*⟩ attributus ⟨*CC*⟩: VII 81, 4; cum . . . omnia trepidantius timidiusque ageret, quam superioribus diebus consuesset: 1, 19, 2; quod ea, quae citra flumen fuerant, superioribus diebus ⟨*om.* z⟩ consumpserat: 1, 40, 1; reliqui si quid fuerat, Caesar superioribus diebus consumpserat: 1, 48, 5; cum duabus legionibus, quas superioribus diebus traduxerant ⟨*c*⟩, castra coniungunt ⟨*c*⟩: 1, 63, 1; has (naues) superioribus diebus refecerat . . .: 2, 5, 1; eodem loco, quo superioribus diebus constiterat, . . . conlocat: 2, 33, 4; paucis diebus interpositis noctu insidias equitum conlocauit, quo in loco superioribus fere diebus nostri pabulari consueuerant ⟨*c*⟩: 3, 37, 5; Pompeius . . . superioribus diebus praedae loco Parthinos habuerat . . .: 3, 42, 5; hoc enim superioribus diebus timens Caesar . . . duplicem eo loco fecerat uallum: 3, 63, 3; superioribus diebus nona Caesaris legio . . . castra eo loco posuit: 3, 66, 2; in consilio superioribus diebus ⟨*om. a*⟩ dixerat: 3, 86, 1.

γγ): (tribus . . . diebus: 1, 18, 4 *u.* ββ) primis; minus horis ⟨diebus *Kraff.*⟩ tribus pedum ⟨*c*⟩ XV in circuitu ⟨*c*⟩ munitionem perfecerunt ⟨*CC*⟩: V 42, 4;) ¶ quinque d.: 1, 5, 4 *u.* ββ) primis; ¶ diebus decem, quibus materia coepta erat comportari, omni opere effecto exercitus traducitur: IV 18, 1; ¶ castra mouet diebusque ⟨et diebus β⟩ circiter quindecim ad fines Belgarum peruenit: II 2, 6; diebus circiter quindecim, quibus in hiberna uentum est, initium repentini tumultus . . . ortum est: V 26, 1; ¶ Heluetii . . . cum id, quod ipsi diebus XX aegerrime confecerant, . . . illum uno die fecisse intellegerent: I 13, 2; ¶ et diebus XXV aggerem . . . exstruxerunt: VII 24, 1; ¶ quibus effectis armatisque diebus ⟨armatisque diebus *om. hl*⟩ XXX, a ⟨*om. hl*⟩ qua ⟨?⟩ die materia caesa est: 1, 36, 5; ¶ (an uero . . . non audistis) haec acta diebus XL, quibus in conspectum aduersariorum uenerit Caesar? 2, 32, 5.

δδ): magnam partem equitatus ab iis aliquot diebus ante . . . trans Mosam missam: IV 9, 3; ¶ quem (equitatum) multis ante diebus eo praemiserat: VII 9, 4; ¶ paucis ante diebus *u.* **ante** *p. 275* β) *(4 loc.)*; — equites . . . peditesque . . ., quos auxilii causa rex Iuba paucis diebus ante Vticam miserat: 2, 25, 3.

paucis post diebus: IV 27, 6 *u.* ββ) paucis d.; Labienus . . . magno numero interfecto . . . paucis post diebus ciuitatem recepit ⟨*c*⟩: VI 8, 7; interim paucis post diebus fit ab Vbiis certior: VI 10, 1; hos Tarraconenses . . . et paucis post diebus Illurgauonenses . . . insequuntur: 1, 60, 2; ipse iter in Macedoniam parare incipit paucisque post diebus est profectus: 3, 33, 2; Pompeius paucis post diebus in Thessaliam peruenit: 3, 82, 1; — quae fieri uellet . . . imperauit diebusque ⟨*cod. Vrsini & 2 al.;* diebus eque (*uel* aeque) Oz⟩ post paucis se in regnum . . . . . . recepit: 2, 44, 3.

g) c. praep. α): quibus effectis armatisque ⟨*c*⟩ diebus XXX, a ⟨*om. hl*⟩ qua ⟨quo?⟩ die materia caesa est: 1, 36, 5.

β): ad diem *u.* **ad** *p. 123* c) *(4 loc.)*; ¶ Caesar obsides imperat eosque ad certam diem adduci iubet: V 1, 8; — Labienum Treboniumque hortatur, . . . ad eam ⟨β; *Ald.;* eum α; *edd.;* eundem *Paul*⟩ diem reuertantur: VI 33, 5; — diesque adpetebat septimus, quem ad diem Caesar . . . reuerti constituerat: VI 35, 1; — post diem septimum sese reuersurum confirmat, quam ad diem ⟨ad quam d. β; quem ad d. *Ciacc.; Whitte*⟩ ei legioni . . . de-

beri frumentum ⟨c⟩ sciebat: VI 33, 4; — edictumque praemittit, ad quam diem magistratus principesque ... sibi esse praesto Cordubae uellet: 2, 19, 1.

γ): ante quem d., quam ante d., a. certam d. *u.* **B. c) β)**; — a. d. V. Kal. Apr.; a. d. VII. Id. Ian. (Mart.) *u.* **a.** *p. 1 (3 loc.).*

δ): dies conloquio dictus est ex eo die quintus: I 42, 3; ex eo die dies continuos quinque Caesar pro castris suas copias produxit: I 48, 3; ¶ primis diebus, quibus haberi senatus potuit, qua ⟨quo?⟩ ex die consulatum iniit Lentulus, ... decernitur: 1, 5, 4; — diem ex die ducere Haedui: I 16, 4.

ε): animaduertit ... in dies hostium numerum augeri: III 23, 7; quanto erat in dies grauior atque asperior oppugnatio, ... tanto crebriores litterae ... mittebantur: V 45, 1; cum maiore in dies contemptione Indutiomarus ad castra accederet: V 58, 1; huius ex contrario dignitas incommodo accepto in dies augebatur: VII 30, 3; incommoda in dies augebantur: 1, 52, 2; quae res in dies confirmatiorem eius exercitum efficiebat: 3, 84, 2; — (diei tempore exclusus in posterum ⟨diem *add. Pluyg.*⟩ oppugnationem differt: VII 11, 5;) Fabium ... se in posterum diem similemque ⟨c⟩ casum apparare ⟨c⟩: VII 41, 4; totius diei pugna ... defessi rem in posterum diem distulerunt: 1, 65, 5; (denuntiauit, ut essent animo parati in posterum ⟨diem *add. Cobet*⟩: 3, 86, 5.)

ζ): omnium superiorum dimicationum fructum in eo die atque hora docet consistere: VII 86, 3.

η): per ⟨c⟩ omnes superiores dies: VI 36, 1 *u.* c) α) *extr.*; namque etiam per eos dies proelium secundum equestre fecit: 3, 84, 5; Trallibus ⟨c⟩ ... palma per eos dies ... ex pauimento exstitisse ostendebatur: 3, 105, 5.

ϑ): se ... re deliberata post diem tertium ad Caesarem reuersuros: IV 9, 1; post diem quartum ⟨*u. CC*⟩, quam est in Britanniam uentum, naues ... soluerunt: IV 28, 1; discedens post diem septimum sese reuersurum confirmat, quam ⟨c⟩ ad diem ...: VI 33, 4.

B. de certa die ante constituta (Termin): a) subiect.: dies instat: I 16, 5 *u.* **A. a)** instare; ¶ ubi ea dies, quam constituerat cum legatis, uenit: I 8, 3; tempore eius rei constituto ab concilio disceditur. ubi ea dies uenit, Carnutes ... Cenabum ... concurrunt: VII 3, 1; cum stipendium ... flagitarentur ⟨c⟩, cuius illi diem nondum uenisse dicerent: 1, 87, 3.

praeterita die, qua auxilia ⟨c⟩ suorum exspectauerant, ... consultabant: VII 77, 1.

b) obiect.: diem constituere *u.* **constituo B. c) β) αα)** *p. 687. sq. (6 (7) loc.)*; ¶ omnibus rebus ad profectionem comparatis diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conueniant. is dies erat a. d. V. Kal. April.: I 6, 4; his certam ⟨β; *Ald., Fr.*; certum α; *rell. edd.*⟩ diem conueniendi dicit: V 57, 2.

c) gen.: quibus in rebus prolationem diei donationem esse dicebant: 3, 32, 5.

d) abl.: qua die: I 6, 4 *u.* **b)** dico; VII 77, 1 *u.* **a)** *extr.*; — quo die: I 16, 5 *u.* **A. a)** instare.

e) c. praep.: α): ad diem *u.* **ad** *p. 123* **c)** *(4 loc.)*; (concilium Bibracte indicitur. ⟨eodem *add.* α; *plur. edd.*; ad diem *Paul*; *om.* β; *Schn.*⟩ conueniunt undique frequentes: VII 63, 6;) ¶ ad eam diem, quam (quem) ad diem, ad certam diem *u.* **A. g) β)** *p. 902 sq.*

β): imperat certum numerum militum ciuitatibus, quem et quam ante diem in castra adduci uelit: VII 31, 4; uti ante certam diem Caesar exercitum dimittat: 1, 2, 6; erat iniqua condicio ... polliceri se in prouinciam iturum neque ante quem diem iturus sit ⟨?⟩ definire: 1, 11, 2.

γ): petierunt, uti sibi concilium totius Galliae in diem certam indicere ... liceret: I 30, 4; se, quod in longiorem diem conlaturus fuisset, repraesentaturum ⟨c⟩: I 40, 14.

C. = tempus, (temporis) spatium: ut spatium intercedere posset, ... respondit, diem se ad deliberandum sumpturum: I 7, 6; ¶ legem promulgauit, ut sexenni die ⟨*P. Manut.*: sexies seni dies *codd.*; semisse in dies *Lips.*; *J. F. Gronouius*; sex pensionibus *Ald.*; sexies senis idibus *Hotom.*; sexagies senis diebus *Cuiac.*; sex mensium die *Voss.*⟩ sine usuris creditae pecuniae soluantur: 3, 20, 4.

Adiect.: aliquot: IV 9, 3; 1, 33, 4; 2, 14, 1; complures: III 2, 1; IV 34, 4; VII 17, 3; 32, 1; 1, 50, 1; 3, 66, 7; 79, 3; continentes: 3, 84, 2; continui: I 48, 3; IV 34, 4; V 13, 3; 3, 106, 5; grauissimus: V 43, 5; insequentes: 3, 112, 8; multi: VII 9, 4; 3, 18, 1; *ad Att.* IX 14, 1; natales: VI 18, 2; omnes: I 48, 4; VI 36, 1; 3, 56, 1; 63, 4; pauci: I 18, 10; 39, 1; III 17, 3; 23, 2; 29, 2; IV 7, 2; 19, 1; 27, 6; V 2, 2; VI 8, 7; 9, 4; 10, 1. 4; VII 5, 4; 20, 9; 1, 34, 1; 52, 3; 60, 2; 2, 16, 1; 21, 4; 22, 2; 25, 3; 44, 3; 3, 33, 2; 37, 5; 58, 2; 66, 4; 82, 1; 102. 4; 106, 1; plures: 1, 59, 3; primi: 1, 5, 4; 18, 4; 3, 30, 1; 57, 5; proximi: 1, 6, 1; reliqui: III 29, 1; V 40, 4;

42, 5; 1, 18, 6; 3, 54, 1; 57, 5; 77, 1. 3; singuli: 3, 1, 4; superiores: III 18, 6; IV 35, 1; VI 36, 1; VII 44, 1; 58, 5; 81, 4; 1, 19, 2; 21, 3; 40, 1; 48, 5; 63, 1; 2, 5, 1; 33, 4; 3, 37, 5; 42, 5; 63, 3; 66, 2; 86, 1.

Reliqu. u. s. **II.** *p. 891 sq.*

Numer.: **V**: I 48, 3; 1, 5, 4; 3, 54, 2; **VI**: 1, 3, 6; **VII**: 1, 23, 5; **VIIII**: VI 25, 1; 1, 27, 1; **X**: IV 18, 1; V 11, 6; **XI**: 3, 2, 1; **XV**: I 15, 5; II 2, 6; 35, 4; V 26, 1; **XVIII**: IV 19, 4; **XX**: I 13, 2; IV 38, 5; VII 90, 8; **XXII** (?): 1, 78, 1; **XXV**: V 7, 3; VII 24, 1; **XXX**: V 13, 3; VII 71, 4; 74, 2; 1, 36, 5; **XL**: 2, 32, 5; **LX**: VI 25, 4.

differo. **A. transit.; a)** = **diffundere, dispergere:** hae (casae) ⟨haec (*i. e.* stramenta) β⟩ celeriter ignem comprehenderunt et uenti magnitudine in omnem locum castrorum ⟨castrorum locum β⟩ distulerunt: V 43, 2; hunc (ignem) sic distulit uentus, uti uno tempore agger, . . . tormenta flammam conciperent: 2, 14, 2.

b) = **procrastinare:** differendum est, inquit, iter in praesentia nobis: 3, 85, 4; ¶ diei tempore exclusus in posterum ⟨diem *add. Pluyg.*⟩ oppugnationem differt: VII 11, 5; ¶ totius diei pugna atque itineris labore defessi rem in posterum diem distulerunt: 1, 65, 5; Caesar . . . multa uirtuti eorum concedens rem totam distulit: 3, 60, 1; ¶¶ significare coeperunt, ut statim dimitterentur, neque omni interposita fide firmum esse posse, si in aliud tempus differretur: 1, 86, 2.

B. intr. (= distare); a) ab: longe sunt humanissimi qui Cantium incolunt . . . neque multum a ⟨β; *om.* α⟩ Gallica differunt consuetudine: V 14, 1; Germani multum ab hac consuetudine differunt: VI 21, 1; ¶ amplitudo cornuum et figura et species ⟨et fig. et spec. *del. Eussn.*⟩ multum a ⟨β; *Aim.*; *om.* α⟩ nostrorum boum cornibus differt: VI 28, 5; ¶ ex quibus (generibus ferarum) quae maxime differant a ⟨*c*⟩ ceteris ⟨aliis *Aim.*⟩ . . . haec sunt: VI 25, 5; — in reliquis uitae institutis hoc fere ab ⟨a *M*²; *Aim.*⟩ reliquis (Galli) differunt, quod suos liberos . . . palam ad se adire non patiuntur . . .: VI 18, 3.

b) inter se: hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt: I 1, 2; non alienum esse uidetur de Galliae Germaniaeque moribus et quo differant hae nationes inter sese proponere: VI 11, 1.

[Falso differre *pro* deferre *scriptum est in* αa II 17, 4.]

Verba procrastinandi, proferendi, prolatandi, comperendinandi *ap. Caes. non inueniuntur.*

differtus: erat plena lictorum et imperiorum ⟨*CC*⟩ prouincia, differta praefectis ⟨*Ald.*; praeceptis *codd.*⟩ atque exactoribus: 3, 32, 4.

difficilis. **A. de rebus; a) pos.:** pars ea . . . longam et difficilem habet oppugnationem: 2, 1, 3; ¶¶ bellum conficiemus. id autem difficile non est, cum tantum equitatu naleamus: 3, 86, 4; ¶ neque nunc id (se) agere, ut . . . exercitum teneat ipse, quod tamen sibi difficile non sit, sed: 1, 85, 11; ¶¶ si alicuius iniuriae sibi conscius fuisset, non fuisse difficile cauere: I 14, 2; — erat difficile eodem tempore . . . opera perficere et tela uitare: 1, 50, 3; ¶ bellum duci non difficile existimabat: 2, 18, 6.

b) comp.: postquam id difficilius ⟨*O*²,*f in ras.*; facilius *a*; facinus *NO*¹*hl*⟩ uisum est neque facultas perficiendi dabatur: 3, 60, 5.

c) sup.: quae facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat: II 27, 5.

B. de locis; a) pos.: quae (urbs) posita in altissimo monte omnes aditus difficiles habebat: VII 36, 1; castra . . . conspicit . . . admodum munita natura loci, . . . aditu ad castra difficili et angusto: 2, 25, 1; ¶ erat uallis . . . non ita magna ⟨*Ciacc.*; magno *codd.*⟩, at ⟨*Ciacc.*: aut *Oz*⟩ difficili et ⟨aut *NO*⟩ arduo ascensu: 2, 34, 1; ¶ unum (iter erat) per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, uix qua singuli carri ducerentur: I 6, 1; a milibus passuum V itinera difficilia atque angusta excipiebant: 1, 65, 3; magno circuitu difficili angustoque itinere Dyrrachium profectus est: 3, 41, 3; ¶ hunc (collem) ex omnibus fere partibus palus difficilis atque impedita cingebat: VII 19, 1; ¶ riuus difficilibus ripis subiectus castris Scipionis progressus nostrorum impediebat: 3, 37, 3; ¶ erat inter Labienum atque hostem difficili ⟨difficile *D*⟩ transitu flumen ripisque praeruptis: VI 7, 5.

b) sup.: ipsi erant transcendendae ualles maximae ac difficillimae; saxa multis locis praerupta iter impediebant: 1, 68, 2.

C. de tempore; a) comp.: uno tempore accidit, ut difficilioribus usi tempestatibus . . . nocturnum excipere rorem cogerentur; quas tamen difficultates . . .: 3, 15, 4.

b) superl.: tempus erat autem ⟨*c*⟩ difficillimum, quo neque frumenta in † hibernis erant neque multum a maturitate aberant ac ciuitates exinanitae: 1, 48, 5.

difficulter. A. pos.: huc iam deduxerat ⟨c⟩ rem, ut equites, etsi difficulter atque aegre fiebat, possent tamen atque auderent flumen transire: 1, 62, 1.

B. comp.: postquam id difficilius confieri ⟨*AQβ*; cum fieri *BM;* confici *Q*²⟩ animaduertit ⟨*c*⟩: VII 58, 2.

difficultas. A. subiect.: infamia atque indignitas rei et oppositus mons Cebenna uiarumque difficultas impediebat: VII 56, 2; ¶ erant hae ⟨*AQβ*; heae *BM;* eae *White*⟩ difficultates belli gerendi, quas supra ostendimus: III 10, 1; summaque erat uasto atque aperto mari, magnis aestibus ⟨*c*⟩, raris ac prope nullis portibus difficultas nauigandi: III 12, 5; erat ob has causas summa difficultas, quod naues propter magnitudinem nisi in alto constitui non poterant: IV 24, 2; ¶ exercitum Caesaris uiarum difficultates tardabant: 1, 70, 1.

B. obiect.: diffic. adferre *u.* **adfero** *p. 156* **d)** *(3 loc.);* ¶ summis angustiis rerum necessariarum premebantur, . . . atque etiam uno tempore accidit, ut difficilioribus usi tempestatibus . . . nocturnum excipere rorem cogerentur; quas tamen difficultates patienter atque aequo animo ferebant: 3, 15, 5; ¶ tantis subito difficultatibus obiectis ab animi uirtute auxilium petendum uidebat: VII 59, 6; ¶ ostendere: III 10, 1 *u.* A. esse; ¶ praestare uisum est tamen omnes difficultates perpeti quam: VII 10, 2; ¶ etsi summa difficultas faciendi ⟨*c*⟩ pontis proponebatur: IV 17, 2; calamitatem . . . temporum queri et difficultates auctionandi proponere etiam mediocris est animi: 3, 20, 3.

C. dat.: his difficultatibus duae res erant subsidio, scientia atque usus militum: II 20, 3.

D. abl.: magna difficultate adficiebatur, qua ratione ad exercitum peruenire posset: VII 6, 2; summa difficultate rei frumentariae adfecto exercitu tenuitate Boiorum, indiligentia Haeduorum, incendiis aedificiorum, usque eo, ut . . .: VII 17, 3.

E. c. praep.: erat in magnis Caesari ⟨β; *Schn., Db.;* caesaris α; *rell. edd.*⟩ difficultatibus res, ne maiorem aestatis partem flumine impediretur, quod . . .: VII 35, 1; erat res in magna difficultate, summisque angustiis rerum necessariarum premebantur: 3, 15, 3; — ut ⟨at *Ni; Schn.*⟩ in eius modi difficultatibus quantum diligentia prouideri poterat prouidebatur: VI 34, 7.

[Falso: omnium rerum, quae ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido facultas ⟨*uett. edd.;* difficultas *codd.*.⟩: I 38, 3.]

diffido. A. c. dat.: Pompeiani, quod is mons erat sine aqua, diffisi ei loco relicto monte . . . Larisam uersus *se* recipere coeperunt: 3, 97, 2; ¶ errare eos dicunt, si quicquam ab his praesidii sperent, qui suis rebus diffidant: V 41, 5; M. Varro . . . diffidens Pompeianis rebus amicissime de Caesare loquebatur: 2, 17, 1; (Pompeius) se in praetorium contulit summae rei diffidens et tamen euentum exspectans: 3, 94, 7; ¶ hic (Baculus) diffisus suae atque omnium saluti inermis ex tabernaculo prodit: VI 38, 2; ¶ diffisus municipii uoluntati ⟨*Steph.;* -tatis *z;* -tate *O*⟩ Thermus cohortes ex urbe reducit et profugit: 1, 12, 2; ¶¶ Pompeius, ut equitatum suum pulsum uidit . . ., aliis quoque ⟨*Np.;* aliisque *af;* aliisque quam maxime *hl*⟩ diffisus acie excessit: 3, 94, 5.

B. c. acc. c. inf.: Cicero . . . septimo die diffidens de numero dierum Caesarem fidem seruaturum . . . quinque cohortes frumentatum . . . mittit: VI 36, 1.

diffluo: (Rhenus) ubi Oceano adpropinquat ⟨*c*⟩, in plures diffluit ⟨β; defluit α; *edd.*⟩ partes multis ingentibusque insulis effectis: IV 10, 4.

(diffugio: contra opinionem enim militum famamque omnium uideri proelium defugisse ⟨*Hotom.;* proelio diffug. *codd.*⟩ magnum detrimentum adferebat: 1, 82, 2.**)**

diffundo: ab eius (cornus) summo sicut ⟨se ut *R. Steph.*⟩ palmae ramique ⟨rami quam β; que *om. Aim.; Steph.*⟩ late diffunduntur ⟨diffundunt β; *Steph.*⟩: VI 26, 2.

digitus. A.: transtra . . . confixa clauis ferreis digiti pollicis crassitudine: III 13, 4.

B.: quadratas regulas IIII patentes digitos defigunt: 2, 10, 4; ¶ stipites . . . demittebantur ita, ut non amplius digitis quattuor ex terra eminerent: VII 73, 6.

dignitas. A. dignitas, quae est in alqo; **a)**: si qui ex reliquis (druidibus) excellit dignitate, succedit ⟨dignitati succedit *Aim.*⟩: VI 13, 9.

b): neque suam pati dignitatem, ut tantis copiis tam exiguam manum . . . adoriri non audeant: VI 8, 1; — sibi semper primam ⟨rei publicae *add. recc.; edd.;* P. R. *Na; om. fhl; Hot.*⟩ fuisse dignitatem ⟨semper rem publicam fuisse dignitate *Pluyg.; CC*⟩ uitaque potiorem: 1, 9, 2; ¶ nauibus transire . . . neque suae neque populi Romani dignitatis esse statuebat: IV 17, 1.

B. dignitas, quae ab aliis tribuitur (= ho-

nor, auctoritas); a) subiect.: atque ego hanc sententiam probarem — ⟨nam *add.* β⟩ tantum apud me ⟨ap. me tantum β⟩ dignitas potest, — si . . . uiderem: VII 77, 6; ¶ (in quibus aliquid . . . dignitatis fuit: III 16, 2 *u.* **d**).)

b) obiect.: reliquis rebus eorum gratia dignitateque ⟨que *om.* β⟩ amplificata Sequani principatum dimiserant ⟨*CC*⟩: VI 12, 6; ¶ exposuit, . . . quam in fortunam quamque in amplitudinem † deduxisset, ut . . . omnium temporum dignitatem et gratiam antecessisse uiderentur: VII 54, 4; ¶ ut reliquorum imperatorum res aduersae auctoritatem minuunt, sic huius ex contrario dignitas incommodo accepto in dies augebatur: VII 30, 3; ¶ hortatur, . . . ut eius (imperatoris) existimationem dignitatemque ab inimicis defendant: 1, 7, 6; ¶ cum Lentulus aetatis honorem ostentaret, Domitius urbanam gratiam dignitatemque iactaret: 3, 83, 1; ¶ quo (proelio) confecto et ille suam dignitatem et nos nostram libertatem recuperabimus: 3, 91, 2; ¶ (tribuere: V 7, 1 *u.* **d**) *extr.*)

c) dat.: cuius ipse honori et dignitati semper fauerit adiutorque fuerit: 1, 7, 1.

d) gen.: in quo iacturam dignitatis atque honoris ipse facturus esset: 1, 32, 4; ¶ ut longe principes haberentur Haedui, secundum locum dignitatis Remi obtinerent: VI 12, 9; ¶¶ (omnes grauioris aetatis,) in quibus aliquid consilii aut dignitatis fuit: III 16, 2; ¶ quod tantum ciuitati Haeduae dignitatis ⟨ciuitatis H. dignitati *Ciacc.*⟩ tribuebat ⟨tribuerat β⟩: V 7, 1.

e) abl.: ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A;* ¶ si . . . relictis impedimentis suae saluti consulant, et usu rerum necessariarum et dignitate spoliatum iri: VII 66, 5; ¶ populi Romani hanc esse consuetudinem, ut socios atque amicos . . . gratia, dignitate, honore auctiores uelit esse: I 43, 8; — quod (Pompeius) neminem dignitate secum exaequari uolebat: 1, 4, 4.

f) c. praep.: quem (Viridomarum) Caesar . . . ex humili loco ⟨*om.* β⟩ ad summam dignitatem perduxerat ⟨produx. *Oud.*⟩: VII 39, 1.

te . . . bene de nomine ac dignitate populi Romani meritum esse existimare debemus: *ap. Cic. Brut.* 253.

ut tribunos plebis . . . ex ciuitate expulsos in suam dignitatem restitueret: 1, 22, 5.

Caesarem quoque pro sua dignitate debere et studium et iracundiam suam rei publicae dimittere: 1, 8, 3.

dignus: accidit inspectantibus nobis, quod dignum memoria uisum praetereundum non existimauimus: VII 25, 1.

digredior: Libo a couloquio Caninii digressus ad Pompeium proficiscitur: 1, 26, 5; hi (Albici) modo digressi ⟨degressi *a?fhl*⟩ a ⟨*om. codd.*⟩ Massiliensibus recentem eorum ⟨*c*⟩ pollicitationem animis continebant: 1, 57, 4.

diiudico: nos autem incerta ⟨*Aldus;* certa *codd.*⟩ uictoria Caesarem secuti diiudicata iam belli fortuna uictum sequamini: 2, 32, 6; ¶ ut . . . neque diiudicari posset, uter utri uirtute anteferendus uideretur: V 44, 14.

(diiungo: his (tignis) item contraria duo ad eundem modum iuncta ⟨diiuncta β⟩ interuallo pedum quadragenum ⟨*c*⟩ . . . statuebat: IV 17, 5.**)**

dilectus. *Omnibus belli Gall. locis* (VI 1, 1. 4; VII 1, 1; 4, 3) *in α scriptum est* dilectus, *in* β delectus (*sed* VI 1, 1; VII 1, 1; 4, 3 *in a pr.* delatus); *in bell. ciu. in Oz „prope constanter" inuenitur* dilectus; *uno loco* (1, 6, 8) *in h, uno* (3, 102, 3) *in O exstat* delectus.

A. obiect.: celeriter confecto per suos dilectu tribus ante exactam hiemem et constitutis et adductis legionibus duplicatoque earum cohortium numero . . . docuit: VI 1, 4; ¶ Caesar maiorem Galliae motum exspectans per M. Silanum, C. Antistium Reginum, T. Sextium legatos dilectum habere instituit: VI 1, 1; *de* senatusque consulto certior factus, ut omnes iuniores Italiae coniurarent, dilectum tota prouincia habere instituit: VII 1, 1; (Vercingetorix) in agris habet dilectum egentium ac perditorum: VII 4, 3; ad senatum refertur: tota Italia dilectus habeatur: 1, 6, 3; ipse Arimini . . . subsistit ibique dilectum habere instituit: 1, 11, 4; quod oppidum (Auximum) Attius cohortibus introductis tenebat dilectumque toto Piceno circummissis senatoribus habebat: 1, 12, 3; Capuae primum sese . . . colligunt dilectumque colonorum, qui . . . Capuam deducti erant, habere instituunt: 1, 14, 4; qui (Varus) . . . Africam . . . occupauerat dilectuque habito duas legiones effecerat: 1, 31, 2; (Varro) dilectum habuit tota prouincia, legionibus completis duabus cohortes circiter XXX alarias addidit: 2, 18, 1; — non oportere ante de ea re ad senatum referri, quam dilectus tota Italia habiti et exercitus conscripti essent: 1, 2, 2; tota Italia dilectus habentur, arma imperantur: 1, 6, 8; tota Italia dilectus haberi: 1, 9, 4; erat iniqua condicio . . . exercitum Caesaris uelle dimitti, dilectus habere: 1, 11, 1; in Lucanis

Bruttiisque per legatos suos ciuium Romanorum dilectus habebat: 1,30,4; ¶ Caesar conquiri milites, qui ab eo discesserant, dilectumque institui iubet: 1,16,1; ¶ interea . . . non intermissuros consules Pompeiumque dilectus: 1,10,4; dilectus circa ⟨*Np.;* contra *z;* intra *O*⟩ urbem intermittuntur ⟨-itur *O*⟩: 1,14,4; ¶ (ut. si peracto † cons. caesaris cons. praefectus esset ⟨*sic codd.;* ut, si peracto dilectu non profectus esset *Vielh.; u. CC*⟩: 1,11,2.)

B. abl.: utrum auertendae suspicionis causa Pompeius proposuisset (edictum), . . . an nouis dilectibus, si nemo premeret, Macedoniam tenere conaretur, existimari non poterat: 3,102,3.

C. c. praep.: ex finitimis regionibus quas potest contrahit cohortes ex dilectibus Pompeianis: 1,15,5; legio VIII. ad eum uenit cohortesque ex nouis Galliae dilectibus XXII: 1,18,5; — copias undique omnes ex nouis dilectibus ⟨dilectis *l*⟩ ad se cogi iubet: 1,24,2; ¶ Brundisium cum legionibus VI peruenit, ueteranis III et ⟨*c*⟩ reliquis, quas ex nouo dilectu confecerat atque in itinere compleuerat: 1,25,1; ¶ hae copiae, quas uidetis, ex dilectibus ⟨*b;* delectis *uel* dilectis *Oz*⟩ horum annorum in citeriore Gallia sunt refectae: 3,87,5.

diligens: sermones militum dubii ⟨*N;* dubia *z*⟩ durius accipiebantur, nonnulli etiam ab iis, qui diligentiores uideri uolebant, fingebantur ⟨*u. CC*⟩: 2,29,4; — neque pro cauto ac diligente se castris continuit: *Charis. ed. Keil I p. 126.*

diligenter. A. posit.: ea, quae imperasset, diligenter industrieque administrarent: VII 60,1; ¶ tuemini, inquit, castra et defendite diligenter: 3,94,6; ¶ quae omnia ab his diligenter ad diem facta sunt: II 5,1; hunc admonet, iter caute diligenterque faciat: V 49,3; ¶ inopia cibariorum, cui rei parum diligenter ab iis erat prouisum: III 18,6; ¶ hos illi diligenter tuebantur: VI 12,8; (*cf.* defendere.)

B. comp.: qui diligentius eam rem cognoscere uolunt: VI 13,12; ¶ in quos eo grauius Caesar uindicandum statuit, quo diligentius in reliquum tempus a barbaris ius legatorum conseruaretur: III 16,4; ¶ custodiisque diligentius dispositis: 3,8,4.

C. superl.: quos Caesar . . . diligentissime conseruauit: II 28,3; quibus diligentissime conseruatis: 3,81,2; ¶ quo praecepto ab iis diligentissime ⟨deligentissume *BM*⟩ obseruato: V 35,1.

diligentia. A. obiect.: P. Crassus . . . non mediocrem sibi diligentiam adhibendam intellegebat: III 20,1; omnes conseruauit militibusque suis commendauit, ne qui eorum uiolaretur neu quid sui desiderarent. hac adhibita diligentia . . . iussit: 3,98,2.3; ¶ temporibusque rerum et spatiis locorum et ⟨*N;* in *Oz; Forchh.; del. Np., Db.*⟩ custodiarum uaria ⟨*Of;* iuria *a;* uiriam *hl*[1]⟩ diligentia ⟨-tiam *hl*⟩ animaduersa ⟨-uersis *Forchh.*⟩, prout cuiusque eorum, qui negotiis praeerant, aut natura aut studium ferebat: 3,61,3; ¶ diligentiam quidem nostram aut . . . fortunam ⟨*c*⟩ cur praeteream? 2,32,11; ¶ fere plerisque accidit, ut praesidio litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant: VI 14,4; ut re confecta omnes curam et diligentiam remittunt: 2,13,2; ¶ magnamque res diligentiam requirebat non in summa exercitus tuenda, . . . sed in singulis militibus conseruandis: VI 34,3.

B. dat.: summae diligentiae summam imperii seueritatem addit: VII 4,9.

C. abl.; a): ubi diligentia nostrorum nihil his rebus profici posse intellexerunt, legatos . . . mittunt: III 21,3.

b): ut ⟨*c*⟩ in eius modi difficultatibus quantum diligentia prouideri poterat prouidebatur: VI 34,7; ¶ quae ab reliquis Gallis ciuitates dissentirent, has sua diligentia adiuncturum atque unum consilium totius Galliae effecturum: VII 29,6.

c): non eadem esse diligentia ab decumana porta castra munita: III 25,2; ¶ hanc (aquilam) ego, inquit, et uiuus multos per annos magna diligentia defendi et nunc moriens eadem fide Caesari restituo: 3,64,3; ¶ qui (Cicero) omnes ⟨*c*⟩ superiores dies praeceptis Caesaris ⟨cum *add. α; edd.; om. β*⟩ summa diligentia milites in ⟨*c*⟩ castris continuisset: VI 36,1; Caesar, qui ⟨*c*⟩ milites aduersariorum in castra per tempus conloquii uenerant, summa diligentia conquiri et remitti iubet: 1,77,1; ¶ tanta diligentia omnes suos custodiis intra castra continuit, ut: V 58,1; quod tanta diligentia omnia litora a Pompeianis tenebantur: 3,42,3.

D. c. praep.: Allobroges crebris ad Rhodanum dispositis praesidiis magna cum ⟨*om. AQ*⟩ cura et diligentia suos fines tuentur: VII 65,3; (*cf.* **C. c)** summa diligentia: VI 36,1;) ¶ cur de sua uirtute aut de ipsius diligentia desperarent? I 40,4; ¶ id ne accidat, positum in eius diligentia atque auctoritate: VII 32,5; (3,61,3 *u.* **A.** animaduertere.)

[Falso: Bibulus . . . nactus circiter XXX (naues) in eas indiligentiae ⟨*1 det.;* diligentiae *Ox*⟩ suae ac doloris iracundiam ⟨*c*⟩ erupit: 3, 8, 3.]

diligo: serui et clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, . . . una cremabantur: VI 19, 4; — ciuitates uictae nomen atque imperium absentis *Pompei* timebant, quae in amicitia manserant [Pompei], magnis adfectae beneficiis eum diligebant: 1, 61, 3.

[Falso diligere *saepius scriptum est pro* deligere *(cf.* **deligo** *in.);* 1, 46, 3 *in af exstat* dilectis *pro* deiectis; VII 14, 4 *in AQM* diligi *pro* deleri.]

diligens *u. p. 911.*

diluo: super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere *possit: 2, 10, 6.

dimetior: legiones sex ⟨*c*⟩, quae primae ⟨*c*⟩ uenerant, opere dimenso ⟨dimisso *β*⟩ castra munire coeperunt: II 19, 5; ¶ tigna bina sesquipedalia . . . dimensa ad altitudinem fluminis . . . inter se iungebat: IV 17, 3.

dimicatio: eodemque tempore pugnatum est ad portum, ac longe maximam ea res attulit dimicationem: 3, 111, 2; ¶ omnium superiorum dimicationum fructum in eo die atque hora docet consistere: VII 86, 3.

